

2
6
297







LIBELLVS

DE DETRACTIO-NE ET FAMAE RESTITVTIO-NE FRATRIS ANTONII COR-

dubensis de sacro ordine Minorum obseruã-tiæ, guardiani sancti Francisci Com-plutensis. Et Annotationes eius-dem in tractatum de Secreto magistri Soto de ordine Prædicatorum.



COMPLVTI
Ex officina Ioannis Brocarij.
1553.

Fratris Antonij Cordubenſis ordinis Minorum regu. obſ. prouinciæ Caſtellæ, in quatuor quæſtiones de Detractione ac famæ reſtitutione: cum Annotationibus eiuſdem in tractatum de Secreto magiſtri Soto ordinis Prædicatorum,

Præfatio.

COmpoſueram olim libellum de ratione tegendi reuelandíq; ſecretũ, cum quibuſdam etiam alijs quæſtionibus, de Detractione videlicet atq; famæ reparatione. Verùm cũ eo ſim ingenio, vt nihil vnquàm temerè, nihil non diu meditatum, conditum atq; preſſum in manus hominum emittere velim, opuſculũ ipſum libenter aliquot annos apud me retinui, neq; in lucem exire permiſi. Tandem cum iam cum calcographis agerem, vt quàmprimùm illum excuderent, accidit interea, ut quemadmodum Phares Zaram fratrem immatura natiuitate præuenit: ita nimirùm magiſter Soto vir quidem eximiè religioſus & egregiè doctus hanc meam cogitationem & curam opuſculi ſui æditione prior occuparet. Quod cum intellexiſſem, non equidem moleſtè admodùm tuli, perinde ac ſi, iuxta parœmiam, oleum & impẽſam perdidiſſem: quin potius auidè magnáq; cum voluptate & legere illum cœpi, & bono planè ſynceróq; animo contemplari ea omnia, quæ ad eam diſputationem pertinerent, nuſquàm deſtiti. Quæ ita præclarè, ita feliciter mihi digeſta eſſe viſa ſunt, vt non ſolùm pium hominis ſtudium, diligentiam ac eruditionem probarem & laudarem, verùm eam ob rem mihi etiam meritò plurimum lætandum

tandum esse sanè iudicarem. Quî enim fieri poterat vt non lætarer ac magnopere gauderem, qui me ab hoc tam improbo laboriosoque excudendi negotio hac ex parte leuatum conspicerem? Nam, vt verum fatear, hoc excudendi discrimen vti plerosque hac tempestate solicitos vehementer habet, ita me etiam eo vsque anxium hactenus tenuit, vt iam propemodum malim lucubrationes meas omnes, quarum haud exiguam copiam tum scholastico tum concionatorio stilo iam pridem congessi, vel in scrinijs perpetuò delitescere, vel prorsus perire, quàm eas subire curas & molestias, vt de impensis taceam, quarũ hoc tẽpore mirũ quã sit ferax typographica officina. Illud præterea nõ mediocriter me mouere solet, quòd tametsi boni quippiã aut piæ aut nõ infelicis fœturæ ab ingenio meo aliquãdo proficisci sentiã, non sim equidẽ tam laudis auidus aut gloriæ cupidus: vt id meo nomine circũferri magnopere aut velim aut cupiã. Néq; si quẽquã aliũ fœtũ meũ sibi supponere & ascribere videã, multũ moueor, aut immoderatè fero. Nimirùm abũdè cõpensatã meam operã esse credens, si ex meis pijs laboribus & cõcionibus vel priuatim ad fratres, vel publicè ad populũ aliqua dimanarit vtilitas. Illud in primis hoc cõsilio cauens, ne iudex omniũ Deus me demũ vel ignauiæ atq; inertiæ redarguat, vel quasi seruũ malè frugi & nequam, ac talẽtis ab eo traditis ignauiter vsum, grauiter accerbéq; puniat. Verũ pro ea, quã in summi Dei largitate fiduciã habeo, haud quaquã spẽ abijcio ea capiendi retributionis præmia, quæ pro virili in vinea Domini laborãtibus ab eodẽ lõgè magnificẽtissimè proposita sunt. Cæterùm quod ad rem præsentem attinet, operæprecium duximus has subsequentes quatuor quæstiones de Detractione & famæ restitutione, post tertium membrum tanquàm quartum superadijceremus, collectas, atq; articulatim distributas superiori tractatui adnectere, ipsum eadẽ serie prosequẽtes. Deinde pauca quædã in ipso libello annotauimus, quæ lucis, vt opinor, sunt nõ nihil allatura legẽtibus, in quorũ gratiã, quò celerius faciliusq; quod quærũt inveniãt, accessit index omniũ ferè sentẽtiarũ,

quæ in hoc toto opusculo insigniores habentur. Atquî ne in re scholastica & simplici sermonis perspicuitate declaranda, & quæ, mea quidem sententia, non eloquentiæ viribus sed rebus potius nititur, linguæ Latinæ affectatores nimij videremur & quò materiæ synceritas melius citraq; negotiũ poßit ab omnibus perspici, stilum quidem consultò depreßimus. Iam verò non est profectò quòd hoc meum studium quispiam, nisi se alterum Zoilum confiteri velit, damnet vel carpat: præposterè perfrictaq; fronte iudicans id æmula me industria alterius operi addidisse, vt aliquam ingenij gloriam venarer, cupiens in alieno, quod aiunt, libro improbè ingeniosus videri. Sed neq; planè criminari quispiam meritò aut insimulare me poterit quasi præ inuidia aut ambitione primogenituræ (vti fecit Iacob plantam fratris prænascentis detinendo) portionem aliquam gloriæ, aut debitam auctori gratiam vellẽ supprimere, aut aliqua ex parte surripere: præsertim cum eũ virum veluti apprimè doctũ plurimi semper fecerim, & vulgari neutiquã cõmẽdatione dignum sanè iudicauerim. Imò vero eo potißimùm nomine auctarium hoc libentius feci, vt grati animi significationem nõ nullam darem, gratiam gratiæ referens, dum quæ ego maximè optabam, ille doctè sanè luculenterq; excussa mihi dedit: & ipse quoq; vicißim quæ illi deerant, libenter candideq; præbeo. Sapientis insuper consilium sequutus, qui ait. Frater qui iuuatur à fratre, ciuitas fortis. His adde, quòd & meo & fortaßis aliorum omnium voto satisfeci, cum nihil penè eorum, quæ nos in nostro tractatu contuleramus ad integram rationem habendam eorum omniũ, quæ ad peccata vitiaq; linguæ, famæq; & honoris restitutionem spectarent, hîc iam desiderari videant. Ad limina igitur celeberimæ florẽtißimæq; Complutensis academiæ, ex cuius planè purißimo atq; vberrimo fonte quicquid est in me vel eruditionis vel doctrinæ quondam exhausi, hunc libellum exponere visum est: vt si cui placuerit, nutriẽdum fouendúmq; excipiat, ac deinde orthodoxæ fidei censura, vt oportet, examinatum prælo committat.

Gen. 25.

Prou. 18.

Pro pleniori totius materiæ ad peccata cōtra famam vel honorem pertinentis, materiā hanc detractione sub.4.membro ad supradicta subnectendam duximus. In quo.4.quæstiones continentur. In.1.agitur quid & quotuplex sit detractio & contumelia. In.2.quale peccatum est. In.3.de obligatione restitutionis famę & honoris. In.4.de audiente detractionem quomodo peccet, & restituere seu reparare teneatur.

IGITVR quæstio.1.est quid & quotuplex sit detractio & contumelia, conuicium, derisio & subsanatio. ¶Ad quod præmisso ex supradictis membro.1.q.2.conclu.4. & mē bro.3.q.1.in principio, quid & quotuplex sit secretū seu occultum, publicum, notorium seu manifestū. ¶Item ꝙ fama differt ab honore, nam (secundū glos.& doct.in cap. Vestra.de cohabi.cleri. & muli.& secūdum specu.titu.de notorijs criminibus) fama bona est illęsæ dignitatis status, vita & moribus comprobatus. Fama autem mala ecōtrà, est lęsæ dignitatis status, vita & moribus reprobatus. Sed in.l.cognitionū.§. æstimatio.ff.de Var.& extra ordi.cogni. dicitur ꝙ fama est ęstimatio dignitatis & status illęsus, legibus ac moribus comprobatus: quæ ex nostro delicto, legum auctoritate minuitur, ac consumitur. Et distingūt doctores duplicem infamiam.s.iuris & facti, vt in regula infamibus.de re. iur. ¶Sed quia contingit hominē famam bonam habere, qui nō est bonæ seu honestæ vitę, contingit etiam manere aliquem sub infamia iuris, qui nūquā perdidit famā facti, seu integræ æstimationis nondum abolita infamia iuris. ¶Ideo ad rem.3.modo fama sic diffinitur, secūdum Adri.in.11.quodlibet.in.1.supposito. Fama est ęstimatio integritatis seu honestę vitę in toto vel in parte. Nā sunt adulteri seu ebriosi, qui tamē sunt bonæ famæ, quo ad integritatem iustitiæ vel fidei, & econtrà, vt patet. ¶Sumitur

Quæstio prima.

etiã fama extẽsius pro æstimatione, quã homo habet apud alios, de quacũque præstantia vel excellentia virtutis, artis, industriæ, aut doctrinæ: quomodo dicimus aliquẽ medicũ, vel iuristam in arte sua famatissimũ, qui tamen est moribus sceleratus. ¶Honor autem nil aliud est, quàm attestatio seu signũ virtutis: & sumitur aliquando largius, vt est attestatio, & signum cuiuscũq; præstantiæ vel excellentiæ. Sic dicimur honorare medicum: quem signo aut voce suæ artis insigniter peritum profitemur. ¶Iam ijs suppositis, respondeo ꝙ detractio est famæ alterius iniusta denigratio: & addunt communiter doctores cum Adri. vbi suprà per verba occulta seu in absentia alterius: quia si fiat in præsentia, est contumelia cõtra honorem. ¶Pro quo nota, secũdum Tho. 2.2.q.72. 73.art.1.& ibi Gaieta. ꝙ differunt inter se, detractio, contumelia, cõuicium, improperiũ, derisio subsannatio, & susurratio. ¶Nam detractio proprium finem & obiectum habet diminutionem famæ. Contumelia diminutionem honoris. Et secũdum hos fines proprios differunt specie: non secundum alios fines communes seu accidẽtaliter præstitutos: qui vbiq; multipliciter variari possunt in quacunque materia. Et hinc sequitur alia differentia ꝙ. s. detractio fit occulte seu in absentia eius cui detrahitur: cõtumelia autẽ manifeste seu in pręsentia eius. Quia ꝗ occulte cõtra aliũ loquitur, iam videtur eũ aliquo modo revereri, potiusꝙ̃ paruipẽdere: ideo directe non nocet eius honori sed famę & bonę de eo æstimationi: vt scilicet oppositã aut non integram de eo æstimationem generat apud audiẽtes. Contrà verò is qui manifeste de alio male loquitur, videtur eum paruipẽdere: vnde & alius inhonoratur: sicque directe contra eius honorem contumeliator agit: modo talis contumelia fiat verbis, modo factis, modo literis, eo sciente, vel sic ꝙ ad eius noticiam perueniat: semper enim contumeliator intendit in illius noticiã deducere id quod contra eius honorem elicit aut dicit. Et nota ꝙ quãdo contumelia factis fit: tunc non consistit contumelia in illis, prout sunt facta, sed quatenus sunt signa dedecoris: sic enim & nõ aliter alterius honorem lędũt. Neq; enim talia facta qualiacũq; sint, & quãlibet prauam intẽtionem agentis significent, ipsum honorem lędẽdo proprie & formaliter attingunt: nisi quatenus rationẽ signi dehonestantis habent, idq; contingit aliquando magis aliquãdo minus fieri, sicut & magis & minus irasci. Nam contumeliosus est mani-

festus

festus iniuriator hoc vel illo modo, plus vel minus, vt dictum est. ¶ Conuicium autē differt à contumelia secūdum Tho.2.2.q.72. art.1.ad.3. quia est nomē generalius. Contumelia enim tendit directe contra honorem alterius (vt diximus) sed hoc fit manifestando defectum culpæ, vt dicēdo illū esse furem & huiusmodi: sicut & detractio manifestat defectum culpę ad infamiā. Per cōuicium autem manifestatur defectus culpę vel pœne vel naturæ cōtra honorem alterius. Vt si quis iniuriose te cęcum vel gibbosum appellet: tunc proprie est conuicium, non contumelia. Si autem te iniuriosè & manifestè furem appellet: tunc propriè conuicium simul & cōtumelia est: sicq; conuicium cōmunius quid est ad cōtumeliam, sicut homo ad hominē albū. ¶ Ex quo infert Gaieta. ꝙ contumelia est vnius speciei specialissimę ex vnitate sui finis proprij vel obiecti. s. honoris contra quem tendit, vt patet ex dictis. Nec differt specie à conuicio per hoc ꝙ fiat manifestando defectum culpę aut pœne: quia isti defectus non se habent vt materia propria, penes quam formaliter, sed materialiter hęc vitia versentur. Ideo ratione talis materię communis non distinguntur specie: quia omnes defectus quatenus honorē lędunt sunt vnius rationis specificę. s. contumelię vel etiā conuicij: ideo contumelia sępe conuicium dicitur & è contrà. Et omnis manifestatio cuiuscunq; defectus quatenus famam minuit, est alterius speciei scilicet detractionis, vt dictum est. Et sicut contumeliam inferens manifestè aliquem appellando furem, simul & occultè eius famam denigrādo, dicendo illum esse furem, peccat peccato diuersarū specierū. s. peccato contumelię & detractionis, q̄uis sit idem defectus culpę, quia respectu eius non est differēcia specifica. Ita & contrà non est differēcia specifica cōtumelię & conuicij ex diuersitate defectus culpę aut pœnę, quem cōtumeliator vel conuiciator manifestat. ¶ Improperiū verò propriè est quando quis iniuriose alteri ad memoriam reducit auxilium, quod ei contulit necessitatem patienti. Ecclesi.20. Exigua dabit & mul. impro. &c. Et nō differt specie à cōtumelia & conuicio, quia habet idem obiectū vel eūdem finem. s. derogationē honoris, licet non fiat in eadem materia. Nam materia improperij (vt dictum est) proprie est defectus indigentiæ, quem repræsentat improperator, sicque derogat eius honori, consequenti excellentiam indigentiæ oppositam. Ideo sæpe contumelia, conuicium, & im-

properium, pro eodẽ vſurpãtur ſecundum Tho. vbi ſuprà. ¶ Deriſio autem (ſecundũ Tho. 2. 2. q. 75.) eſt, cũ quis malum vel defectum culpæ vel pœnæ alicuius ponit in ludũ vel riſum, vt ille erubeſcat, vel cõfundatur. Ideo differt ſpecie ab alijs prædictis, quia habet proprium finem erubeſcentiam ſeu cõfuſionem proximi. Quæ ſi fiat verbis vel cachinno, dicitur proprie deriſio. Si vero naſſo rugato, dicitur ſubſanatio, ſi aũt factis, dicitur illuſio. Quæ omnia ſunt eiuſdem ſpeciei, ex quo habent eundem finem propriũ, ſeu obiectum, ſeu rationem formalem. ¶ Suſurratio (ſecundũ Tho. 2. 2. q. 74.) eſt oblocutio mala de proximo, facta occultè, ad diuidendam aliquorũ amicitiam. Hinc patet ꝙ cum detractione conuenit in hoc quòd occultè in abſentia proximi, male de eo loquitur: ſed differt ſpecie, quia ſuſurro habet finem proprium diſcordiam amicorum: detractor autẽ læſionem famę. Et quia in materia & in modo male loquendi conueniunt, ideo alterũ pro altero ſæpe ponitur, vt ait gloſ. ſuper id Eccleſi. 5. ne appelleris ſuſurro. gloſ. i. detractor. Et ſuſurro dicitur bilinguis, Eccle. 28. & quidem propriè, quia nititur rumpere amicitiam ex vtraq; amicorum parte, quaſi duplici lingua abutens, dum vni dicit malè, de altero, de quo Prouerb. 20. ſuſurrone ſublato &c. ¶ Et nota ꝙ poteſt quis plura ſimul peccata de prædictis ſaltem formaliter in vno actu committere, vt patet quando eodẽ dicto contumeliam & detractionem aliquo modo cõmittit, minuendo famam & honorem alterius, ſimul & tollendo amicitiam, & inducendo confuſionem eidem, vocando eum iniurioſe furem vel adulterum. Et tale peccatum iudicabitur ſimpliciter & eſſentialiter talis vel talis ſpeciei ex ſuo obiecto ſeu fine proprio, accidentaliter autẽ poteſt eſſe aliarum ſpecierum, ex finibus præſtitutis, ſicut cũ quis mechatur, vt furetur, vt proximè dicetur. Nam ad ſpeciem eſſentialem perfectamq; peccati vel virtutis requiritur ſua apta materia, ſimul & proprius eius finis, quod alijs verbis dicitur obiectũ materiale & formale. Ideo qui mechatur, vt furetur, eſt proprie & ſpecifice & ſimpliciter mechus, quia habet materiam & finem propriũ, licet implicitum ſeu virtualem adulterij, accidentaliter autem eſt in ſpecie furti, quia ſolum habet finem præſtitutum furti. Abuſus enim mulieris alienæ nõ eſt materia furti, vnde fit ꝙ hæc ſpecies accidentalis furti, ſeu finis vt furetur, eſt ſolum circunſtantia alterius ſpeciei, accidẽtaliter aggrauans

uans essentialem speciem adulterij. Et quod cõmuniter dicitur ex Arist. ꝙ talis potius dicitur fur q̃ mechus, intelligitur finaliter seu formaliter tantum, simpliciter autem proprie & essentialiter mechus est, secũdum Tho. 2.2.q.74.& 1.2.q.18.art.& q.20.art. 2.& q.72.art.8.& 9.& ibi Gaieta.licet Angest in morali.cap.14. & ca.8.fo.46.& alij aliter dicant.ꝙ.s.est speciei adulterij & furti simul & proprie loquendo. ¶Igitur in proposito, qui dicit alicui iniuriose, tu es fur vel adulter: vt minuatur eius honor & fama, & cadat à familiaritate vel amicitia principis, & à dignitate officij, vt id ego mihi acquiram, hic proprie & essentialiter est contumeliator: per accidẽs autẽ & finaliter est detractor, maliuolus, auarus vel ambitiosus ratione circunstantiæ finis pręstituti, alterius speciei aggrauantis. Nam vnũ peccatum potest imperare alteri, vt fiat, & tamẽ inde non mutatur species essentialis peccati, sed aggrauatur à tali fine, se habente per modum circunstantiæ alterius peccati. ¶Ideo in pręsenti tractatu appellamus detractionem largè id quod est cõtra famam & honorẽ, quomodocunq; fiat, palam vel occulte, vt etiam accipit Adria. in.11.quodlibeto.

¶Quoad art.2.s.quo tupliciter fiat detractio, dico (secũdũ Tho. 2.2.q.73.art.1.& cõmuniter doct. & Adri.vbi suprà) ꝙ in directe fit dupliciter.1.negando bonũ alterius, 2.illud reticẽdo, vt habetur.11.q.3. Nolite.vbi ait Chryso. Ille proditor est veritatis qui non libere veritatẽ pronunciat, quam pronũciare aut defendere oportet, in eo scilicet casu, quo ex mea taciturnitate est probatio aut verisimilitudo de malo proximi: sicq; ex meo silentio ille indirecte infamatur. ¶Directe autem fit quadrupliciter, 1.quando alteri falsum imponitur. 2. quando peccatum verbis augetur.3. quãdo peccatũ occultum reuelatur verbis communibus, cantilenis seu scriptis, quæ dicũtur libelli famosi.4.peruertendo intentionẽ, dicẽdo bona quidem, sed mala intentione facta. ¶Et quo ad hunc vltimũ modum nota, secundum Gaieta.2.2.q.73.arti.1. quòd licet iste peruertens intentionem peccet peccato iudicij temerarij: est tamen simul & detractor, quatenus hoc dicit alijs cũ intẽtione minuendi famã. Non enim inconueniens est materiã vnius peccati, esse etiam materiam alterius, sed, vt dictum est, ex proprio fine seu obiecto, specie distinguntur. Et si verba ipsa secundum suã significationem attendantur, sunt detractoria: quia significant illum esse malũ, ex quo significant illũ habere prauã

voluntatẽ

voluntatem, & in bonis quæ agit, quod est pessimũ. Quod si arguatur ꝙ quilibet scit hunc vltimo modo detrahentẽ, nõ magis videre intẽtionem proximi, q̃ ipse audiens, aut quilibet alius videt: ergo ex tali modo detractionis non minuitur fama, nec iste est propriè detractor. Respondeo negãdo antecedens. Quia audientes sæpe præsumunt, ꝙ ille sic detrahens scit alias secretum aliquid mali, de mala intentione proximi. Item quia asserendo prauam intẽtionem proximi, id insinuat se aliũde scire, quod au dictibus manifestat: modo credatur ei, modo nõ: id enim est per accidens ad vitiũ detractionis: quia, quantũ in se est, conatur mi nuere famam proximi, quod sufficit ad peccatum detractionis, modo sequatur infamia, modo nõ. Et ideo etiã si cõcedatur antecedens, negatur cõsequentia. ¶ Sed & nota, secundum Adri. 11. quodlibeto, ꝙ in quolibet ferè de sex modis supradictis potest etiã multipliciter fieri detractio. Nam aliud est famam attenuare seu minuere. Peius est omnino famam supprimere vel tollere. Pessimum autem est proximum infamare, seu ipsum mala fama inficere, nam hoc tertium benè distinguitur à præcedentibus. Potest enim fieri, vt alicui auferatur bona fama, ꝑsertim quo ad ea quæ sunt necessaria ad fugiendam culpam, & ꝙ non male fametur: quia scilicet potest dari medium inter bonam & malam vitam, vt patet quãdo de aliquo dubitatur, sit ne bonę an malę vitæ: & qui inducit aliquem ad dubitãdum de aliquo, sit ne bonus an malus, de quo ante credebat ꝙ esset bonus: iste sic detrahens minuit vel tollit bonã famam: non tamen propriè positiuè infamat malam famam inducẽdo. Sicut aliud est remittere vel attenuare bonũ odorem: aliud omnino tollere, aliud fœtorẽ immittere. ¶ Hoc autẽ triplex genus detrimẽti famæ vel honoris. s. minuere, & tollere omnino famã, & infamiam seu dedecus inferre potest quinq; modis gñaliter fieri. Primo tacẽdo, vt suprà dictũ est. Secũdo modo, vituperãdo, vtpote monstrãdo improbitatẽ, remissionẽ, seu negligẽtiam in bono opere, impudẽtiam, inconstãtiam: seu animum irreuerentem & huiusmodi. Tertio modo laudando, sed frigidè, parcè & ieiunè: vt laudando credatur amicus, qui libenter ostẽderet, quod attinet ad laudem amici, si quid esset: sed ieiunè laudãdo ostẽdit se nihil reperire, quod iure laudet, sicq; hoc modo illum indignum ea laude commonstrat, minuitq; eius famã. Ideo Fauorinus philosophus dicebat, turpius

esse

esse exiguè & frigidè laudare, q̃ grauiter vituperare. Et ad idem est Gellius.19.li. Noctiũ Acticarũ.ca.3.& hoc modo cõtingit ꝙ quis de bono laudetur eo animo, vt promoueatur ad officiũ, seu actum aliquẽ, vbi speratur ꝙ eius fama & honor periclitabitur, & proximus cõfundetur, multipliciterq; contingit sic laudando detrahere. ¶ Quarto modo laudẽ vituperio cõmiscendo, vt auctoritatẽ & fidem apud audientes talis detractor habeat, vt dum parum laudat, magis vituperet: aut dum multa bona proponit, vnum quod ad rem facit vituperet: vt scorpius blanda facie, cauda præpungit, de quo Arist.3.rhetori.ca.15. ait ꝙ est nequissimũ genus diffamãdi. ¶ Quinto modo inducẽdo solas coniecturas, vel verisimilitudines mali: vt cum quis protestatur se non posse credere hæc mala, de quibus rumor est cõtra aliquẽ, neq; iudicare velle: sed addit, rarò sine igne fumũ vides: quodq; nõ est omnino vana fama, quã omnis populus decãtat.7.Eth.& Hierony. Cessent vitia, & cessabit rumor, & huiusmodi, quæ suspitionem & coniecturam ingerunt in particulari aut in generali, cõtra famam & honorem proximi.

QVÆSTIO SECVNDA. Vtrum detractio sit semper peccatũ, & quale. ¶ Respõdeo per octo cõclusiones. ¶ Conclusio prima. Omnis detractio est peccatũ. Pro probatione nota ꝙ detractio hic capitur generaliter, pro omni iniusta vel illicita denigratione: vel derogatione famę vel honoris, vt patet ex. q.1. præcedente. Nam si est iusta seu licita, nõ est peccatũ, neq; propriè est detractio: qualis est derogatio famę vel honoris, quę fit per denũtiationẽ legitimè factã prælato vel alteri: quæ quia fit licitè nõ est detractio propriè: similiter neq; punitio legitima: similiter neq; qui negat legitimè crimen verũ occultũ illegitimè sibi obiectũ. Et nota ꝙ ad peccatũ detractionis sufficit ꝙ aliquo de modis supradictis illicitè quis conetur cõtra famam vel honorẽ proximi agere, modo sequatur infamia, modo nõ, vt suprà.q.1. dictũ est. ¶ Probatio autẽ cõclusionis iã patet, ex quid nõĩs detractionis & ex.q.pręcedẽte. ¶ Sed vt plenius sciatur quãdo est iusta, quãdo ĩiusta famę.l.honoris derogatio, aut peccati reuelatio, sunt sequẽtes cõclusiones. ¶ Secũda conclusio. Nullo modo licet sibi vel alicui alteri falsum crimẽ imponere: etiã de licẽtia ipsius infamati: etiã pro quocũq; dãno, aut malo vitãdo. Ratio quia mẽdacium

Quæstio secunda. *Conclusio prima.* *Conclusio secunda.*

nulla

nulla causa licitũ est, vt de ijs latius suprà mẽbro.1.q.3.conclu.6. & mẽbro.3.q.3.conclu.1.&.q.4.cõclu.10.in fine.& infra in hoc 4.mẽbro.q.3.cõclu.14.dubio.2.ibi videatur. ¶Tertia cõclusio. Dum peccatũ proximi est sic occultum, ꝙ nullo modo potest iuridice probari per testes aut per euidentiam facti, tunc non est iusta causa illud reuelãdi, neq; alicui potest iuste reuelari, etiam ad finem melius prouidendi saluti ipsius, vel alterius: nisi solum pro necessitate: quãdo.s.talis reuelatio est necessaria ad illius emendam, vel ad cauẽdum graue dãnum proximi vel reipu. tẽporale vel spirituale. Nam tunc cũ minori dispendio possibili famæ & honoris reuelãdum est. ¶Prima pars probatur. Quia dum ille est iustus possessor suæ famæ licet indignus: non est vllo modo priuãdus illa, etiam in modico, vt ei vel alteri supererogatoriè benè fiat. Sicut neq; de suis bonis tẽporalibus est rapiendum, vt detur eleemosyna, aut celebretur pro eo, secũdum August.ca.Forte dicet aliquis.12.q.5.& Greg.in ca.Non est putãda.1.q.1.Ideo enim cõmuniter dicunt doctores, ꝙ in confessione non est reuelanda persona compeccans: nisi id sit necessarium ad exprimẽdam speciem peccati mortalis, vel ad liberandũ alium à peccato mortali. ¶Quòd si dicatur talem esse indignum possessorem suæ famæ: sicut & secundum August. peccator indignus est etiã pane quo vescitur. Nunc autẽ indigno possessori non debetur bona fama, sicut neq; falsa laus apud homines, ergo non peccat contra iustitiam, neq; peccato detractionis, is qui à tali indigno possessore aufert rem aut famam, quæ ei no debetur: dum modo id alias cũ debitis circũstantijs exequatur. ¶Item.2.quia iste talis indignus famæ possessor occultus peccator tenetur se reuelare, ad tollẽdũ errorem aliorũ de huius bona ęstimatione: & ne præficiatur offi cio ad quod est alius dignior, ergo actu debito consentit, ꝙ ego sciens reuelem. ¶Respondeo (secundum Adri.in.4.de restitu.famę.& in 11.quodlibeto) ad primum concessa maiore ꝙ.s.est indignus possessor famæ: negatur ꝙ est iniustus possessor eius vel etiam aliarum rerũ suarum, quarũ habet dominiũ & possessionẽ ciuilem: antequam per sentẽtiam iudicis cadat à dominio vel iure suo ciuili.& sic ad minorem dico, ꝙ falsa laus vel fama nõ debetur ei, percondignitatem, bene tamen per iustitiam. Nec mirũ ꝙ hoc deputetur inter nostras miserias, ꝙ indignus iuste quid possideat in hac vita & pro statu isto. Ideo negatur consequentia

simpli-

Conclusio tertia.

citer. Ad secūdū negatur antecedens, & similiter consequētia: vt latius habetur suprà in secundo membro. q. 4. cōcl. 3. 4. & . 5. &c. & . q. 6. conclu. 3. in vltimo casu notatum est. & . q. 7. conclu. 3. in responsione ad. 1. dubiū habetur. Quia & se emēdādo potest tollere errorē aliorū, ergo. Secūda pars scilicet ꝙ solū pro necessitate est facienda talis reuelatio & est iusta, patet ex suprà dictis & allegatis vbi suprà. Et nota quod prædicta sunt vera, nisi de consensu alterius reueletur eius peccatum occultum. Tunc enim cōsensus infamati liberat reuelantem à peccato, in illis tātū casibꝰ in quibus licitè se ipsum prodere posset, de quibus suprà mēbro. 1. q. 3. conclusio. 3. in argumento. 5. 6. & . 7. & conclusio. 5. Idq; probatur secundum Adria. in. 11. quodlibeto. Tum quia scienti & consencienti non fit iniuria, scilicet in quibus potest licitè cōsentire: tum quia sicut potest per se ex causa se prodere, ergo non videtur quare id per alium non possit. Tum demū ꝙ non aliter id liceat, patet. Quia quādo id per se nō potest, nō etiā potest idē per suum consensum licitum alteri facere. Quod intellige cæteris paribus. Nam si ex confessiōe propria periculum immineret, non autem ex alterius reuelatione, qui fortè gratior & fide dignior est: seu si ex præsentia eius qui iniuriam vel damnum intulit, irritantur iniuriati, & reputant sibi contumeliā fieri, ꝙ confessione delicti quantumlibet humiliter dicat, se iactare videatur. His casibꝰ & similibus alius licitè dicet ex cōsensu illius, id quod per se non nisi illicitè dicere posset. ¶ Quarta conclusio. Crimen non omnino occultum, sed ita occultum ꝙ paucis notū est, (putà duobus vel tribus, per quos aut per euidentiā facti iudicialiter probari aut demōstrari potest) non licet illud ignorantibus reuelare: nec est iusta causa illud reuelandi, nisi ex causa necessitatis, vel vtilitatis publicæ vel priuatæ maioris probabiliter ex tali reuelatione speratę quàm sit iactura famæ illius. Tūc enim & non aliter iustè & licitè reuelatur. Licèt non sit obligatorium ex causa prædicta maioris vtilitatis reuelare. Ratio quia iure naturali & diuino concessum est ob necessitatē vel vtilitatē maiorē, posse id cum famę detrimēto reuelare, putà vt criminis punitione alij deterreantur, vel vt illius consortio seu familiaritate alij non inficiātur aut infamentur, neq; incurrant dānum graue imminens, vel vt eius exēplo alius ad id paratus simile nō faciat: vel vt ab ignorantia alij non putantes id esse malum, parati id facere liberētur

Concl. 4.

aut

aut instruantur: vel tandē ob aliā vtilitatē maiorē, quàm sit detrimētū famæ illius probabiliter speratā. Et secūdū hoc in casu huius. 4. cōclusionis est intelligēdus Gerson alphab. 34. E. F. vbi ponit sex modos reuelādi peccata alterius, quatuor primos, licitos, duos vltimos culpabiles, dicens quòd primò potest quis alterius peccata occulta referre, ad audiētiū instructionem. Quia sensibilia magis mouēt. Secundò ad audientiū cautelā, ne eius fermēto corrūpātur. Tertiò ad reductionē eius qui peccauit per viā charitatiuę correptiōis. Quartò ex cōpassione vt scilicet audiētes prouocentur ad orādū ꝓ eo. Et hos. 4. modos dicit esse licitos, quod intellige secūdū dicta in hac. 4. & . 3. concl. Quintò ex assueta seu incauta loquacitate, quod dicit Gerson esse veniale: nisi notabiliter fama vel honor ꝓximi lædatur, quod intellige si non fuit notabiliter incautus: aliàs videtur mortale, si ex notabili incautela & loquacitate exponit se periculo peccati mortalis, dicēdo sine iusta causa, vt supponitur, infamatoria ꝓximi: etiā si ꝑ accidēs nō sequatur infamia. Sextò animo denigrādi famā ꝓximi, & hoc est ex genere mortale sicut furari. Et cū prædictis cōcordat Adri. 11. quodlibet. ī respōsi. ad. 5. & . 6. difficultatē, & ad argumēta. Et ad prædicta facit. l. Eū q̄ nocētē. ff. de iniurijs, vbi habetur ꝙ oportet & expedit crimina nocētū esset nota scilicet crimina probabilia nō omnino occulta, expedit ad maiorē vtilitatē reipu. reuelari, secūdū Barth. ibidē, licèt nō sit necessariū: nisi ad præcauendū malum tercij, tunc enim etiam omnino occulta reuelāda sunt, vt suprà conclusio. 3. habetur, aliàs nō. Nā non tenemur procurare quamlibet vtilitatē reipu. vel alteri, nisi ad id ex officio quis specialiter teneatur. Quòd si arguatur primò quòd reuelare crimen alterius, videtur habere rationē mali solùm quia inde proximus infamatur, aut eius honor minuitur iniustè. Sed q̄ corā aliquibus aut sic peccat, quòd per eos aut per euidētiā facti iuridicè probari potest iam quantū in se est suam famā de facto prodegit: neq; iam habet verū testimoniū virtutis sed peccati: & per consequēs nec honorē habet: ergo sine causa vtilitatis potest iustè reuelari illud ignorantibus, nec iniustè tollitur ab eo fama & honor, quē non habet. ¶ Item secūdò quia si quis in parte aliqua falsò famatur habere aliquā excellentiam, quam non habet: putā quòd est peritus in tali arte seu facultate, nobilis genere, virgo, liberalis & fortis, & huiusmodi alia supererogatoria habens: certè non fa-

cio illo illi iniuriam aut iniustitiã, si vel scriptis suis, vel aliàs ipso facto demonstro illũ non habere talẽ excellẽtiã, & sic eius famam vel honorem attenuando ad proportionẽ suæ excellentiæ, quã habet, alioqui nõ liceret ostẽdere quòd ille est vxoratus, quòd est mulier qui se gerit pro viro. &c. ergo similiter licet æstimationẽ falsæ virtutis auferre ei, qui virtutem non habet, si id iuridicè aut per euidentiam facti ostendi aut probari potest, quantuncũq; sit occultũ. Patet consequentia à simili. Quia cõsimiliter prędicta se habent, & eadem est ratio in prædictis. Et quia in omnibus videtur licitũ cuiq; corrigere errorem æstimationis, & ne alij decipiãtur. ¶ Respõdeo ad. 1. negãdo maiorẽ. Nõ est enim illa sola causa, quare sit illicitũ crimẽ alterius reuelare: sed etiam propter aliàs causas suprà tactas membro. 1. q. 2. id illicitum est: nisi adsit causa rationabilis, qualis non est in proposito, vt patebit in responsione ad. 2. Item etiam si concederetur maior, negatur minor. Nam licet talis de facto amiserit famã, vel honorem, secundum quid seu in parte, scilicet coram illis tantùm, qui id sciũt: nõ tamen simpliciter nec omnino, ex quo interim est bonæ famæ apud alios tã de iure quàm de facto: licet ex eo quòd probari potest, possit de facto fieri publicum, & perdi eius fama. Interim tamen dum de facto & de iure non perdidit eã, non potest ea spoliari: neq; publicari, aut in iudiciũ deferri tale ei⁹ crimẽ, nisi ex rationabili aut iusta causa, vt dictũ est. ¶ Ad. 2. respõ. primò secũdũ Adria. vbi suprà in respõsione ad vltimũ cõcedendo antecedẽs simpliciter: & negãdo cõsequẽtiã. Et ratio discriminis est, quia famã falsam & æstimationẽ falsæ excellentiæ nõ necessariæ ad honestatẽ vitæ tenetur quilibet spernere: vt quantũ in se est corrigat errorẽ ęstimationis aliorũ si aliter nõ potest illũ corrigere: & per consequẽs actu debito cõsentit in talẽ famæ falsæ ablationẽ. Falsam autẽ famã seu æstimationẽ de bono virtutis ad honestatẽ vitæ necessariæ nõ tenetur homo cõtẽnere: neque modo prædicto corrigere hominũ errorẽ: sed potius cõmutando se ipsum in bonum virum: & ideò cũ nullo modo cõsentiat in talis famæ ablationem iniustè diffamabitur sine causa necessitatis vel vtilitatis maioris, vt in hac. quarta & in tertia conclusione dictum est.

¶ Sed certè (saluo meliori iudicio) videtur quòd debeat poti⁹ negari antecedens, quòdq; idem sit iudicium & eadem ratio de fama & honore, proueniente à virtute necessaria, & ad virtute non ne-

necessaria ad honestatem vitæ & à quacunq; excellentia artis vel naturæ. Quia scilicet sine necessitate ea quæ sunt omnino occulta: vel sine vtilitate maiori, ea quæ sunt occulta sed probabilia: in dedecus & minutionem famæ vel honoris reuelari iustè nõ possunt. Quia in omnibus prædictis fit de rogatio famæ vel honoris sine iusta causa. Neq; est iusta causa ad id vt corirgatur error seu falsa æstimatio aliorum, de falsa excellentia proximi: nisi quando id esset necessarium ad præcauendum damnum temporale, vel spirituale proximi, vel reipu. putà quia cum sit idiota, pauper, genere vilis, indignus seu inhabilis, vult se ingerere vt sapiẽs, diues, nobilis, & habilis, ad curandũ seu medẽdũ, ad nuptias cũ nobili, vel ad beneficiũ seu officiũ, vnde alij iniustè decipiãtur: quia tũc est iusta causa occultũ defectũ reuelãdi, vt suprà cõcl.3. dictũ est. Similiter cũ possint benè probari, possunt prędicti defectus reuelari, vt seruentur statuta, ne tales admittantur in tali congregatione seu officio. &c. vt in hac. 4. cõclusione dictum est, aliàs nõ. ¶Et si contra hoc arguatur seu replicetur, quia iste non tenetur facere ne vllum crimen commiserit, vt patet. Et cũ teneatur corrigere errorẽ æstimatiõis hominũ, qua falsò credũt hũc semp integræ vitę fuisse, ergo sine alia causa potest reuelari. Respõdeo secũdũ Adri. vbi suprà negãdo minorẽ. Nõ enim tenetur illũ errorem corrigere, nisi id facere posit, sine præiudicio suæ famæ seu ęstimatiõis suæ honestæ vitę de præsenti, id quod fieri nõ põt, q̃a semel mal⁹ præsumitur semp, mal⁹ ergo. ¶Cõcl.5. Omnis detractor voto vel facto iniustè & notabiliter lædens famã vel honorẽ proximi, quomodocũq; id faciat, peccat mortaliter: aliàs nõ nisi venialiter. Probatur. Quia omnis iniusta dãnificatio rerũ notabilis, volũtariè facta, aut ꝓpositũ sic dãnificadi ꝓximũ, est peccatũ mortale secundũ omnes doctores, quia cõtra charitatẽ & iustitiã est, ergo à fortiori in fama & honore. ¶Et nota ꝙ tũc dicitur in voto seu formaliter tãtũ q̃s dãnificare: quãdo ex intẽtione dãnificãdi, aliq̃d dicit aut facit: quãuis in effectu ipsa dãnificatio ex quacũq; causa nõ sequatur. Facto autẽ seu materaliter tãtũ dicitur dãficare, quãdo quis dicit vel facit id quod de se est dãnificatiuum proximi attentis suis circũstãtijs, & simul sequitur ipsa dãnificatio, sed id non fecit animo damnificandi. Facto autem & intentione seu materialiter & formaliter simul dãnificare est, quando vtroq; modo fit damnificatio ex intentione damnificandi.

Cõclu. 5.

¶Igitur

¶Igitur quando aliquo modo de prædictis fit notabilis famæ dãnificatio: tunc detractio mortalis est, secundum Tho.2.2.q.73. art.2.& cõmuniter doctores. & Adri.in.11.quodlibet. Et de detractione quidẽ tãtum formali id patet. Quia peccatũ pręcipuè in voluntate consistit, & inde sumitur præcipua ratio grauitatis eius. Vnde siquis intẽtione notabiliter lædendi famam proximi referat eius peccatũ, etiam scientibus, qui nil iam cogitabant de hoc: vel si propter dictũ illius nihil mouẽtur ad malè de illo æstimãdum: vel si is cui detrahitur est tam vilis & infamis ꝙ nullum detrimẽtum famæ iam pati potest, vel quia plura credũtur q̃ ille dicit: nihilominus ille intendens proximi famam notabiliter lædere, mortaliter peccat: quocunq; modo id facere intendat, siue dicendo verum, siue falsum, siue asserẽdo, siue negando, siue referendo, siue addẽdo, siue diminuendo, siue interpretando, siue tacendo, vt ait etiã Gaieta.in summula. ¶De detractione etiam materiali tãtum voluntariè facta, ꝙ sit mortalis patet, secundum Tho.& Gaieta.vbi suprà.& Gerson alphab.29.E.& 34.E. Quia omnis culpabilis notabilisq; damnificatio proximi est mortalis: modo illa culpa sit volitio positiua, modo interpretatiua. Tenetur enim quilibet in suo actu debitè cauere ne offendat Deum & proximum, attentis suis debitis circũstantijs. Ideo quãdo ex actu suo potest probabiliter proximus notabiliter lædi vel offendi: si non debitè cauet, est volitio interpretatiua damnificandi: quia cum potuit & debuit cauere neglexit, & si notabiliter læsit, iam est illa volitio interpretatiua peccatum mortale. ¶Quòd si solũ leuiter læditur fama proximi, & sic erat probabile ꝙ non nisi leuis læsio imminebat: tũc veniale tãtum peccatum est, quacunq; ex causa id sit: putà si fama alicuius est tam exigua, vel si eius infamia est iam cõmuniter sparsa ꝙ verisimiliter nihili reputatur: vel in se minimum est istum apud aliquos adhuc bonæ famæ reputari. Vt si quis esset diffamatus de centum adulterijs vel furtis, & etiam ego adhuc reuelo vnum aliud occultum illius sine causa: tunc non videor illi notabiliter nocere: vel si infamatus de maioribus est, & ego vnum aliud minus graue reuelo, puta eius auaritiam. In his & similibus nullum reputatur notabile dãnum infamiæ: & nõ est mortalis talis illicita reuelatio, neq; est ad restitutionem obligatio vt.q.3.habetur. Ideo in hoc sunt valde attẽdendæ vndiq; circunstantiæ: nam sunt personæ quæ ex quibus[illegible]bet

in honestis facilè infamantur notabiliter: vt religiosi, puellæ nũbiles, nuptę pudicæ & huiusmodi: sunt alij quorum famam simplex fornicatio non lędit: qui eam tanti faciunt, quanti si dicatur de eis ꝙ benè luserunt aut cœnauerunt: qui & liberè confitentur & gloriãtur se tale vel tale genus peccati commisisse: hij certè nõ notabiliter infamantur ex verbis aliorum verè dicentium illos illa peccata commisisse. Responsio prædictorum est, secundum Gaieta. vbi suprà. quia licet talis detractio materialiter tantum facta, sit ex sua natura eorum quæ dicuntur vel aliàs notabiliter læsiua famæ, attentis circunstantijs: tamen si taliter dicantur quòd de facto non lædatur notabiliter fama proximi: iam non est mortalis ratione notabilis damnificationis famæ: ratione cuius infamia seu detractio poterat esse mortalis (vt dictum est) & propter imperfectionem actus: quãuis ex alia causa possit esse mortalis. s. ex periculo imminente, aut ex alijs circunstantijs. Ad prædicta faciunt ea quæ infra conclu. 6. habentur. & conclu. 7. ¶ Ex dictis sequitur, secundum Gaieta. ibidem, ꝙ nõ læditur notabiliter fama proximi, neq; peccatur mortaliter ex hoc ꝙ eius crimen secretò narratur tali personæ, apud quam idem est ac si non esset ei dictum: vt sæpe contingit in colloquijs inter coniuges de criminibus filiorum: & in confessionibus eorum, qui propria peccata cõfitentes, imprudẽter dicunt confessori discreto, in quo confidunt, personam cum qua grauissimè peccauerunt: & alia eiusmodi, in quibus attentis circunstantijs, parùm vel nihil ferè læditur proximi fama: nisi aliunde talis infamia aggrauetur. Et ad hunc casum reducitur quãdo quis occultũ crimen proximi, quod sub secreto suscepit reuelat alteri indiscretè, vt possit sibi vel alteri prouidere: nõ enim de facto notabiliter læditur illius fama, neq; ex intẽtione, vt supponitur, & cum his. b. Tho. & Adria. vbi suprà cõcordare videtur. ¶ Conclusio sexta. Non est mortale referre peccata alterius mortalia infamatoria sine malo animo dãnificandi: si talia sunt iam notoria ei cui dicũtur, aut saltẽ probabile est, ꝙ citò ventura sunt in eius noticiã aliàs. Ratio quia in hoc nõ læditur notabiliter fama iam læsa, aut propè, vt supponitur & idẽ est in criminibus mortalibus occultis, si sint minora istis iam notorijs (vt secundum Adri. dictum est in. 5. conclu. præcedente. Et cõcordant in his Florent. Siluest. & Gaieta. & cõmuniter doct. vbi suprà. ¶ Et notẽtur limitationes prędictæ. Nã si quis

Conclusio sexta.

est notoriè etiã iudicialiter infamatus de aliquo crimine Toleti, ita ꝙ probabiliter creditur ꝙ valde citò eius infamia diuulgabitur Hispali, aut Romæ: si ego interim reuelo illud, eiusque infamiã extẽdo Hispali vel Romæ sine vlla causa: iam parũ læsi illius famam, neq; ex hoc pecco mortaliter, sed fortè venialiter tantũ. Secus esset si nõ crederetur probabiliter ꝙ talis infamia valde citò vsq; Hispalim vel Romã extẽderetur: tunc enim notabiliter famam lęderem, illam eius infamiã diuulgãdo & mortaliter peccarem. Similiter mortaliter peccarẽ si infamatum de vno crimine, infamo etiam de alio, vel acrius de eodem crimine apud eosdem, propter quod eius accrescit infamia notabiliter apud ipsos vel apud alios quoscunq;, quæ omnia valde notanda & cauenda sunt. Quomodo autem restituẽdum sit, quomodo nõ: infra. q. 3. cõclu. 6. de hoc latius habetur. ¶ Conclusio septima. Is qui ex loquacitate non asserẽdo sed referendo dicit se audiuisse tale crimen infamatoriũ de aliquo, absq; animo infamãdi illum: nõ peccat mortaliter sed venialiter. ¶ Ratio, quia talis actus ex natura sua & talis modi loquendi recitatiuè tantum, non est infamatorius. Ideo si de facto sequitur infamia, id potius prouenit ex leuitate citò credẽtis. quia Ecclesi. 19. qui citò credit leuis est corde. Sic tenet Sco. & Gabriel. in. 4. dist. 15. q. 16. Siluester. tit. Detractio. q. 1. & b. Tho. 2. 2. q. 73. arti. 2. & communiter doctores. ¶ Quod ego intelligo & limito verũ: dum modo non taliter neq; cum talibus circunstãtijs referatur, quod probabiliter maiorem fidem faciat apud audiẽtes, quàm ex cõmuni relatione deberet haberi. Nam si sit persona grauis, aut talis, iste referens se id audiuisse: quòd audientes probabiliter credent, sicut ei credere similiter solẽt referenti ita esse: quia nõ solet vana referre, sed vera & credibilia: vel quia iam in vsu taliter referens accipitur acsi assereret: aut quia audiẽtes plus confirmantur in eo quod aliàs etiam audierunt, cũ vident hunc etiam referre se id audiuisse: & huiusmodi. In his & similibus casibus quando est probabilis coniectura, quòd ex tali relatione alij de facto credẽt, & proximus inde infamabitur notabiliter: tunc naturaliter referẽs ex loquacitate etiã sine malo animo infamandi, peccat mortaliter. Quia vt habetur de iniuria & dãno dato. ca. fi. Nec ignorãtia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriam vel iacturam posse alicui iniustè contingere. Tũc enim materialis detractio reducitur ad naturam suæ formæ

Conclusio septima.

ex notabili negligentia præcauēdi notabile dānum famæ proximi in facto suo, vnde probabiliter talis infamia erat secutura, vt suprà conclu.5.dictum est. Et in hoc concordant Landul.& Gabriel. vbi suprà dubio. 2. Gaieta. Siluest. & Adri.11. quodlib. in 2.suppositione. ¶ Vbi etiam nota ꝙ qui ex loquacitate profert ea quæ pro mortali & pro veniali accipi solent, vt quòd talis est magnus, superbus, iracundus, auarus, & huiusmodi: quæ solent accipi pro naturali motu, vel inclinatione, & aliquādo pro actu mortali: non peccat mortaliter, vt plurimū. Quia nec ex se nec ex circunstantia (vt supponitur) notabiliter lædit famā proximi. Nam hæc audientes debent ea in mitiorem partē accipere, secundum consuetudinem, vt habetur de re.iur. Idem etiam iudicium est, in his, quæ sunt modicæ importantiæ, vt sunt venialia, quæ communiter nō infamant, quod est regulariter verum, nisi ex circunstantia personę referentis, aut eius de quo talia dicuntur, aut eorū quibus dicūtur, aut ex alia quacunq; causa, seu circūstantia probabiliter appareat, ꝙ ita prauè accipiētur, ꝙ proximus inde notabiliter infamabitur. Tunc enim (vt suprà dictum est) talis detractio erit mortalis, vt patet ex supradictis. ¶ Conclusio.8. Contumelia, conuicium, seu opprobrium: tunc est mortale peccatū: quando formaliter fit cum animo notabiliter inhonorandi, aut proximū iniustè confundendi: secus si non notabiliter, aut si non ex tali animo deliberato, sed ex ira subrepente & huiusmodi: tūc enim est solum veniale peccatum: dum modo nō sequatur notabilis dehonoratio, vt proximè dicetur. ¶ Item est mortale peccatum: quando notabilis sequitur inhonoratio, sine animo sic dehonorandi: si tamen ipsa contumelia erat grauiter læsiua honoris seu verecundię proximi: idq; probabiliter constitit aut cōstare debuit contumelianti. Ratio horū patet ex suprà dictis, in conclusio.5.& 7. quia regulariter in his peccatis materialiter tantum & per accidens læsiuis, iudicatur grauitas eorum, ex damno per accidēs probabiliter de facto subsecuto: quod homo cauere deberet: ratione cuius tanq̄ ratione circunstantiæ sequellæ debitæ præuideri, peccatum trahit suam grauitatem, secundum Tho.& Gaieta. vbi suprà.& 2.2.q.72.& Alex.Hall.2.par.sum.q.& Siluester.tit. Cōtumelia.q.2.& Adri.11.quodlibetō. ¶ Sed nota, ꝙ prędictis non obstantibus, licitum est prelato causa correctionis inferre subdito contumeliam vel iniuriam, sicut & verberare, vt

Conclusio octaua.

Luc.24.Dominus ait. O stulti,& tardi corde. Et Galat.3. Paulus ait. O insensati Galatæ &c.etiā si cū ira id dicatur,dum modo ira non sit causa principalis mouens,sed correctio: itaq; remota causa correctionis non inferret iniuriam; neque tunc est propriè sed solùm materialiter contumelia,aut iniuria, quia scilicèt est materia seu instrumentū correctionis.Sed quia hoc non rectè ab imperfectis sæpe fit,& est periculosum:ideò Aug.in lib.de sermone domini in monte dicit, ꝙ rarò & ex magna necessitate obiurgationes sunt adhibendæ: in quibus non nobis sed vt domino seruiamus,instemus. Concordat Siluester,tit.Contumelia secundū Tho.2.2.q.72. Vbi etiam Gaieta.addit ꝙ nunq̄ nisi Spiritussancto suggerente contumelia vel iniuria dici debet: & hoc ratione sequellæ,quia scilicèt semper ferè subditis representatur ꝙ nō ex charitate aut zelo iustitiæ,sed ex passione tales iniuriæ procedāt: & ideò nil prosunt,sed & nocent eis qui propter hoc deteriores fiunt.Vnde Tullius lib.de offic. ait.Omnis animaduersio, & castigatio contumelia vacare debet.Et ex dictis in cōclusione.3. & 4.not. ꝙ tunc est peccatum contumelia: quando sine vlla iusta vel rationabili causa infertur. Rationabilis autem seu iusta causa est necessitas,vel vtilitas alicuius temporalis, vel spiritualis, maiorq; sit detrimentū honoris probabiliter sperata ex tali cōtumelia,de quo etiā infra.q.3.cōclu.11.videatur. ¶Proportionabiliter ad prędicta dicēdū est de derisione & subsannatione formali aut materiali, aut vtroq; modo cōmissa. Nam secundū Tho.2.2. q. 75.Et ibi Gaieta.& in Summula.& Siluester.tit. Derisio:tunc derisio,irrisio, vel subsannatio est mortalis:quādo ex intentione notabiliter contristandi,seu confundendi proximum fit.Putà quando notabile malū æstimatur ita leue, ratione personę illius quam nihili pendimus, vt de eo non sit curandum, sed quasi pro ludo aut ludibrio habendum: & sic in iocū deducitur quis quasi non tanti sit,vt debeat æstimari.Qui contemptus magnus est plus q̄ in contumelia & detractione: vt patet, quia sic illum vilipendit & ducit in iocum tanquàm vilissimum , vt inter homines apparere erubescat. Est autem veniale peccatum,quando fit materialiter tantùm,dum modo parùm confundat,vel contristet proximum: secus si notabiliter ex sola leuitate aut delectatione sine alia iusta causa illum confundat,contristet,cōturbet,& spernat, tunc enim est mortale peccatum,vt patet ex dictis.¶ Et nota quòd eo

grauior est irrisio, quo maior reuerentia irrisæ personæ debetur. Ideò irrisio Dei aut sctorum est grauissima blasphemia, deinde parentum & prælatorum: deinde iustorum propter quam multi à bono opere retrahuntur. ¶ Similiter de Susurratione secundum Thom. secunda secundę. q. 74. & ibi Gaieta. & in Summula. & Siluest. titu. Susurratio, dicendum est, quòd est mortalis quando formaliter fit cũ animo notabiliter lædendi aut tollendi bonam amicitiam aliquorum. Et quãdo fit materialiter tantùm dicendo verba notabiliter læsiua amicitiæ, si & sequetur ipsa notabilis læsio, etiam si non ea cum mala intentione dixerit. Quia debuit præcauere, vt patet ex dictis. Aliàs autem venialis est, nisi ex alia circunstantia aggrauetur. Quòd si ex causa rationabili, vt pote ad præseruandum proximum ab iniusto nocumento, lædatur amicitia aliquorum per verba vera monendo ꝙ caueat à tali propter hoc. Tunc non est susurratio neque peccatum, quia non intenditur discordia sed vtilitas: dum modo cautè fiat, & minus malum maiori postponatur, & minus bonum maiori, & cum alijs debitis circunstantijs, vt ex suprà dictis hæc omnia patent. ¶ Et si quæratur quid horum si grauius: respondeo, quòd ex genere suo susurratio est grauius peccatum cæteris suprà dictis. Quia tendit in maius nocumentum: scilicèt, in læsionem amicitiæ quæ est maius bonum quàm fama & honor: quia sine amicis nemo benè viuere potest. 8. Ethico. & Ecclesiast. 6. Amico fideli nulla est comparatio. Nam & fama & honor quæ per detractionẽ & contumeliam læduntur, ideò sunt necessaria, vt homo idoneus ad bonã amicitiam habeatur: sicq; amicitia habet rationem finis respectu famæ. Ergo est melior. Quia &c. 8. Ethico. Melius amari quàm honorari. Sed ex circunstãtia potestècontra vnum peccatum esse grauius alio, secundum Tho. secunda secundæ. q. 74. artic. 2. &c. q. 73. articu. 3. Post susurrationem contumelia, & irrisio grauior est, quia contra honorem: vbi est maior contemptus, quàm in detractione quæ est contra famam, secundum Thom. vbi suprà. q. 73. artic. 3.

Quæstio tertia. Conclusio prima.

QVÆSTIO TERTIA. Vtrũ quando & quomodo detractor, contumeliosus, & irrisor teneatur famam & honorem reparare. ¶ Respondeo, per. 14. conclusiones. ¶ Prima est, Quicunq; sine iusta causa quomodocunq; lædit famam, vel honorem proximi

ximi, tenetur quantùm commodè potuerit reparare. ¶Pro declaratione nota secundum Hadria. in. 4. de restitutione famæ. & 11. quodlibeto in. 5. &. 6. difficultate quòd in iustitia potest accidere tripliciter, vt cõsimiliter tradit Gratianus. 11. q. 3. ca. Episcopus, scilicèt ex animo, ex ordine, ex causa. Ex animo vt si causa quidem subsit legitima & sufficiens: nihilominus tamen quis reuelat crimẽ alterius in odiũ eius. Ex ordine autem, vt si ordinẽ fraternæ correptionis prætereat, crimen pluribus reuelando, ante præmonitionem. Ex causa verò, vt si fuerit crimen occultum, & nulla probabilis causa putà necessitas, nec vtilitas, neque causa sufficiens requirat talem reuelationem criminis illius. ¶ Nunc ad propositũ dico ꝙ sicut in contractibus emptionis, vẽditionis & alijs commutationibus, & læsionibus in iustitia ex animo, vel ex ordine, non obligat ad restitutionem: putà si propter malum finem vel diebus prohibitis aliquid de prędictis fiat: sed solùm in iustitia ex causa. i. ex inęqualitate pręcij ad rem cõparatam obligat ad restitutionem. Et sicut iudex habens iustam causam condemnandi reum, licèt malo animo condemnet, nõ tenetur restituere: neque rex ex iusta causa licèt malo animo bellet, & spoliet restituere tenetur, vt patet ex Augu. 13. de Trini. ca. 13. &. 5. Et hic. ¶Sic in ꝑposito, si causa iusta & legitima subsit ad reuelandũ crimen alterius, seu ad ipsius famam lædendum vel honorem, non est obligatio reparationis eius: licèt aliàs culpabiliter & malo animo, aut indebito ordine id fiat: quia est iustitia in causa, secus si non subsit legitima causa: tunc enim est obligatio reparandi, vt ait conclusio. ¶Quæ conclusio probatur, secundum Adria. vbi suprà. & Gabriel. in. 4. distinct. 15. q. 16. conclusi. prima. & communiter docto. quia restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ ad quam iure naturali tenemur in omni iniusta læsione rerũ: in quibus fama & honor præeminent, vt patet. 5. Eth. Ergo læso in fama tenetur lædens iniustè reparare, vt sic æqualitas iustitiæ habeatur. Item sicut medicus si sine causa legitima membrum præscindat infirmo, tenetur reparare: non autem si ex causa etiam si malo animo facit. Ergo similiter in ꝑposito. ¶Quando autẽ est iusta causa ad id qñ nõ: iam suprà. q. 2. cõcl. 3. &. 4. latius habetur, tñ ad maiorẽ claritatẽ sunt cõclusiones sequẽtes. ¶Cõclu. 2. qui aliũ falsò infamat, etiã metu tormentorũ, tenetur reparare. Rõ qa nulla põt eẽ iusta causa ad id, sicut nec ad mẽtiẽdũ aut peccãdũ.

Conclusio secunda.

qui autem se ipsum falsò infamauit, vtrũ mortaliter peccet & restituere teneatur, suprà membro.3. q.4. conclusio.10. & infrà in hoc.4. membro, in hac. q.3. conclu.14. dubio.2.latius habetur.

Conclusio tertia. ¶Conclusio tertia. Qui crimen alterius omnino occultum, sic quòd neq; per testes neque per euidentiam facti probari potest, reuelat alicui sine necessitate: ita quòd talis reuelatio non est necessaria ad illius emendam, seu ad cauendum graue damnum temporale vel spirituale proximi vel rei pub. tenetur reparare famam illius notabiliter læsam: etiam si ad vtilitatem aliquam & magnam ipsius vel aliorum reuelauerit. ¶Ratio quia tunc nõ est iusta causa ad reuelandum tale crimen omnino occultum (vt suprà.q.2.conclu.3. probatum est) ergo fama illius iniustè læsa reparanda est.& concordant Adria. in quarto de resti. famæ & in 11.quodlibeto.in quarta & quinta difficultate.

Conclusio quarta. ¶Conclusio quarta. Is qui crimen non omnino occultum, sed quòd ita est occultum, quòd tamen est notum paucis per quos: aut si est notũ tantum vni, tamen per euidẽtiam facti legitimè & iudicialiter probari aut demonstrari potest: si sine necessitate aut sine vtilitate cuiuscunque probabiliter inde sperata reuelat: tenetur famam notabiliter læsam reparare. Ratio quia tunc & non aliter est iusta causa reuelandi tale crimen non omnino occultum (vt suprà.q.2.conclu.4.habetur). ¶Vbi & secundum Adria.vbi suprà nota quòd vt quis releuetur à tali obligatione restituendi famam non sufficit causam absolutè iustam scilicèt necessitatem vel vtilitatẽ esse ad tale crimen reuelandum: sed & quòd respectiuè verè talis causa adsit, sic scilicèt quòd probabiliter speretur vtilitas ex tali reuelatione coram talibus facta. Nam si quis id reuelat illis qui voluptate pascũtur de tali casu proximi, & nulla vtilitas inde speratur probabiliter respectu infamiæ proximi: tunc nulla causa iusta subest ad id tunc reuelandum: sicq; talis reuelator peccat mortaliter, & restituere tenetur. Secus si aliqua vtilitas apud illos vel alios ex tali reuelatione probabiliter speretur. Et cõcordat Gaieta.in.2.quodlibet.respon.9. & 2.2.q.33.art.8. Et quia vniuersaliter aliqua vtilitas communis speratur ex reuelatione communi, & maximè iudiciali talis criminis probabilis licèt occulti: vt scilicèt ex eius punitione alij timeant: Ideò generaliter etiam dicit Sco.in.4.distin.15.& Dryedon.de libertate Christiana.lib.2.ca.10.cum alijs doctoribus quòd tale crimen iudicialiter reuelans restituere

ſtituere nõ tenetur.¶ Concluſio quinta. Quando adeſt iuſta cau ſa reuelandi tunc crimen occultum: & tamen quis illud reuelat, non ex illa cauſa, ſed ex odio, vel maleuolẽtia ſeu aliàs: licèt non teneatur famam reparare ex quo à parte rei non læſit iniuſtè, cũ à parte rei eſſet iuſta cauſa tunc reuelandi, tamen ille iniquus reuelator ex malo animo peccat (vt patet) & inſuper tenetur iniuriarum quomodocunque reuelet (modo ſequatur infamia modo non) ſi in contumeliam ſeu dedecus alterius, ſeu ſi dolo aut malo animo reuelauit, aut fecit.¶ Hoc tenet Adria. 11. quodlibe. in.6. difficultate. ſecundum Cyn. in.l.ſi non cõuicij.C.de iniuri. in.8.q. Oldra. conſili.53. Ludol. de ratio. conſilio.99.pe. Anchar ra. conſilio.226. Panor. in cap. cum te. de ſenten. & re iudi. licèt aliter ſentire videatur in cap.fi. de iniuri. & hanc etiam opinio. tacitè videtur firmaſſe Bartho. in dicta.l.ſi non conuicij, dicens quòd hanc legem inuenerunt Vltramontani ſcilicèt ad firmandum dictam ſententiam: & cum hoc tranſit: quia & clarè videtur fundari in illa lege decernente, quòd ſi quis probare poteſt, ſe quid iniurioſum dixiſſe ſine conuicij conſilio ſeu animo fides veri à calumnia illum defendit. Ergo à contrario ſenſu fides veri non releuat, ſi id probare non poteſt, quòd ſcilicèt ſine conuicij vel contumeliæ animo id dixerit. Et nota. gloſ. in cap. ſi quis iratus.2.q.5. dum quis iratus obijcit alicui conuicium: licèt pro accuſatione habendum non ſit: haberi tamen debet pro iniuria: quia non licet alterius verecundiæ inſidiari impunè. 2. q.3. ſi quis. el.1. Ideò in.l. iuſtiſſimos.C. de officio prætoris prouinciæ, habetur. Si enim verè voces ſint nec per libidinem per clientulos effuſæ inueſtigabimus: etiam defectus noſtros detegi inhumanum & conuicioſum eſt. ergo. ¶ Item quia ſi non releuat ab iniuria veritas dicti, cum aliquem fatuum appello. ergo neque cum ei crimẽ obijcio, patet quia eſt magis infame. ¶ Ideò eſt regula doctorum quòd qui aliquid iniurioſum dicit, præſumitur animo contumeliæ ſeu conuicij conſilio dixiſſe, niſi contrarium probet: & vt talis eſt condemnandus. ergo. ¶ Quod ſi contrà arguatur. ex.l. vnica.C. de libellis famoſis, vbi ſufficit probare veritatem: & non requiritur quòd probet ſe ex rationabili cauſa libellum famoſum cõtra aliquem ſparſiſſe. ergo. ¶ Reſpondeo ſecundum Adria. vbi ſuprà, quòd licèt aliquorum opinio fuerit quòd lex illa non liberabat eum, qui per libellum famoſum

Concluſio quinta.

ſum prius aliquem infamauit: ſed ſi quod decreuerat per libellum famoſum in publicum deferre, aliàs accuſando detulit. Et ita videtur ſentire gloſ.in.l. Eum qui.ff. de Iniuri. Sed Cyn.poſt Petrũ.dicit verius cum ſeipſum prodit talis delator de libelli famoſi editione, & probauerit quòd tunc euadit pœnam iniuriatoris. ¶Ideò dico quòd prædicta lex ſeu ratio argumenti procedit, quando ſtatim poſt procedit talis ad accuſandum. Quia tunc ſi probat verum eſſe quod detulit, præſumitur non conuicij ſeu contumeliæ conſilio feciſſe, ſed ac ſi ab initio accuſaſſet. Secus ergo vbi ſine rationabili cauſa dixerit:licèt ſine famæ detrimento: vt ſuprà. q.2. dictum eſt. ¶Item ſecundò contra id quod in eadem quinta concluſione dictum eſt, quòd talis non tenetur reſtituere, licèt teneatur iniuriarum,arguitur. Quia qui in fundo ſuo fodiens vicini fontem auertit, non poteſt contra eum agi, neq́ue de dolo actio eſt, vt ait Iuriſconſultus: ſi non animo nocendi, ſed animo agrum ſuum meliorem faciendi facit.vt eſt textus.in. §. denique Marcellus. ff. de aqua pluuiali arcenda lege prima,ex quo textu vel eius mente Tho. Sco. Palude & multi alij communiter doctores in quarto diſtinctione.15. tenent,quòd is qui animo nocendi aliquem impedit à conſecutione alicuius officij, ſeu præbendæ, tenetur illi reſtituere: non quidẽ æquiualens ſed ad arbitrium boni viri deducto quantùm intereſt inter habere & propè habere. Ergo ſimiliter qui animo nocendi infamat, licèt ſit iuſta cauſa, tenetur proportionabiliter reſtituere. ¶Reſpondeo ſecundum Adrianum vbi ſuprà in quinta difficultate,negando conſequentiam. Et ratio eſt. Quia hæc conſequentia non valet.Iſte tenetur de dolo aut de iniuria quia ſcilicèt contra eum poteſt agi, & poſt iudicialem condemnationem tenetur reparare aut ſoluere: ergo ſimpliciter tenetur reſtituere etiam ante iudicialem condemnationem vt patet. Sic in propoſito conceditur antecedens,quòd ſcilicèt cum quis animo nocẽdi in ſuo fundo fodit,& fontem vicini auertit, ſic quòd ſolùm prohibet vtilitatem futuram, & non infert damnum in re alterius, in qua iam habet ius vel dominium acquiſitum aliquo modo: iſte talis tenetur quidem de dolo & de iniuria tantùm, vt ait prædicta lex:ſed non tenetur cautione vel ſtipulatione damni infecti: ex quo nullum damnum intulit iniuſtè in re alterius: & per conſequens nil tenetur reſtituere. Et ſic dicit gloſ. in lege

procu-

Proculus.ff. de damno infecto. Secus esset si fodiam tam altè infundo meo, vt paries vicini ruat: quia tunc censeor damnum in ferre in re alterius, vt doctores in lege Fluminum.§.fina.ff.ei qui tunc censetur damnum inferre &c. Et per consequens tunc restituere tenerer ratione iniusti damni: aliàs autem solùm teneor de dolo, vt dictum est. Nunc autem actio de dolo est solùm pœnalis & non rei persecutoria: ad quam pœnam soluendam nullus tenetur ante iudicis condemnationem, secundum doctores communiter. ¶Ideò in proposito dico, quòd solùm ratio concludit, quòd contra talem infamantem ex malo animo, licèt sit iusta causa datur actio iniuriarum (vt dictum est) per legem. Si non conuicij. C. de Iniuri. sed nihil quoad obligationem restitutionis. ¶Ad dictum autem Thomæ Scoti.&c. qui ex illa lege oppositum dicere videtur respondeo (ait Adrianus, vbi suprà quòd non benè inde eliciunt quod prætendunt, neque eorum opinio in hoc habet solidum fundamentum. Nam probabilior videtur opinio Gerardi, quòd non tenetur restituere, qui alium impediuit ab vtilitate acquirenda, in qua nullum ius habebat acquisitum, saltem virtualiter, licèt teneatur de dolo, id est, licèt possit agi contra eum de dolo & iniuria (vt dictum est) nisi in aliquo casu speciali lex obliget ipso facto ad restitutionem. Hæc Adrianus. Qui tamen ibidem dicit, quòd opinio Thomæ Scoti, & aliorum est communior & securior: adde & tu quòd & fortè est etiam verior & ideò sequenda propter alias rationes. Vide Gaieta. secunda secundæ. questione. 62. arti. primo, & secundo, quia non pertinet ad rem id nunc examinare. Quoad propositum autem de malo animo infamante vbi est iusta causa dic cum Adriano, vt dictum est in hac quinta conclusione.

¶Conclusio sexta. Quando quis est omnino infamatus de aliquo crimine seu de magnis criminibus, apud aliquem seu aliquos: tunc is qui reuelat aliud seu alia eius minora peccata, propter quæ eius non accrescit infamia apud eosdem: non tenetur restituere, modo peccet modo non. Tenetur autem restituere si ex tali reuelatione aliquo modo notabiliter eius etiam apud eosdem infamia crescit. ¶Exempli gratia, secundum Adrianum vndecimo quodlibeto in responsione ad vltimum argumentum, si alicuius fama est valde tenuis: vel eius infamia iam

Conclusio sexta.

iam apud tam multos vagatur, quòd verisimiliter nihil reputatur, vel in se minimum est, istum apud aliquos reputari adhuc integræ famæ: tunc ait prima pars conclusionis, quòd infamator etiam ex odio vel libidine nõ tenetur restituere. Ratio huius est, quia in nullo vel in minimo videtur talis inde damnificatus: & quod parum est pro nihilo reputatur: sicut de paruo furto minimę rei vel aciculæ communiter dicunt doctores. & Tho. secunda secundę. q. 66. arti. 6. ¶ Quòd si inde sine iusta causa eius notabiliter infamia crescit etiam apud eos, apud quos est aliàs notoriè de ipso vel de alijs criminibus infamatus, putà quia ego addo circunstantiam notabiliter illum magis infamantem: tunc teneor restituere, quia notabiliter sine iusta causa eius famam læsi, vt ait secunda pars conclusionis. ¶ Sed dubitatur vtrum restituere etiam teneatur is qui infamiam alicuius publicè infamati in vno loco putà Toleti extendit illam in alio loco, putà Hispali vel Romæ, reuelando crimen & infamiam illius veram vbi erat integræ famæ? ¶ Respondeo, quòd si creditur probabiliter quòd talis infamia citò ad talem locum aliàs perueniet: tunc nõ est obligatio restituẽdi, quia in nullo vel in modico eius famam læsi. ¶ Si autem nõ creditur probabiliter quòd citò talis infamia aliàs illuc perueniret: tunc distinguo. Nam si illa infamia non est per sententiam iudicis, sed aliàs illi prouenit, per euidentiam patrati criminis ab eo, aut per communem infamiam apud vulgus, vbi habetur pro fure vel fornicatore & huiusmodi, tunc inquam est obligatio restituendi: quia notabiliter eius famam læsi (vt patet) in quo cum Adria. vbi suprà concordat Siluester. titu. Detractio. q. 4. in. 6. fallẽtia. cum limitatione eius quæ habetur infrà conclusione. 10. ¶ Si verò talis infamia illi prouenit per sententiam iudicis, à quo iudicialiter condemnatus & punitus est vt latro & huiusmodi: vtrum similiter tenear restituere, si hãc eius infamiam iudicialem Toleti acceptam ego Hispali vel Romæ extẽdo, vbi non credebatur probabiliter quòd aliàs nisi per meam reuelationem perueniret, est dubium. Nam aliquibus videtur ꝙ sic sicut si aliàs infamatus fuisset propter eandem rationem suprà dictam. Mihi (saluo meliori iudicio) videtur ꝙ nõ: licèt grauiter peccarẽ illius infamiam talem extendendo. Et ratio est quia sicut quãdo quis per sententiã iudicis est condẽnatus ad direptionẽ bonorũ, illisq; priuat⁹, ita ꝙ sint exposita omnib⁹, vt

Dubium.

quilibet

quilibet capiat quod voluerit ex eis: tunc certè non tenetur restituere qui ea abstulerit: quia iam ille omnino illorum iure priuatus est. Ita ergo similiter videtur fieri de fama per sententiam iudicis, exposita omnibus, ad diuulgandum vbiq; vt cæteri audiẽtes timeant, sciantque fieri iustitiam de criminibus. Nam & hęc est iusta causa semper existens à parte rei ad talem infamiam extendendam: modo ex illa causa quis reuelet, modo nõ, licitè aut illicitè seu ex malo animo quocunq;: hoc enim non inducit obligationem restitutionis, vt suprà probatũ est. Quando verò non sic iudicialiter est quis diffamatus: tunc nõ perdit famam nisi coram ijs qui sciunt (vt patet ex supradictis) neq; ibi à parte rei est eadem causa iusta, scilicet vt audientes punitionem criminis timeant, cum hic non sit punitio iudicialis: ideo tunc est obligatio restituendi, nõ autem cum iudicialiter quis infamatus est. ¶ Et si cõtra hoc dicatur, ꝙ sicut iudicialis priuatio officij seu inhabilitatio ad officium vel dignitatem, propter aliquod crimen nõ valet, nec habet locum nisi intra limites iurisditionis illius legislatoris, seu vbi valet illa lex, non autem in alio regno: ergo neq; infamia iudicialis extenditur vltra limites illius legislatoris aut legis. Et per consequens in alio regno censetur bonæ famæ, & ibi eius infamiam extendens tenetur restituere. ¶ Respondeo negando cõsequẽtiam. Quia priuatio bonorum temporalium (in quibus fama computatur) semel facta iam omnino abstulit ius in illa vbicunq;, sicut & priuatio officiorum abstulit ius ad illa tãtum quibus priuatus est, vbicunq; sit, non tamen abstulit ius ad alia: neq; potuit facere ne esset habilis ad alia, secundum leges alterius dominij, cui subiectus esset. Et similiter infamia prædicta, non potuit facere hunc inhabilem ad aliam bonã famam, per bona opera acquirendam, neq; tali bona noua fama priuare potest, sed solùm fama præterita, vbicunque sit propter crimina præcedentia vt dictũ est. ¶ Sed notandum est: ꝙ fama semel amissa ipso facto aut iure aut per sentẽtiam iudicialem potest legitimè recuperari, sicut & alia bona temporalia per industriam & virtutem. Et tũc qui alicuius olim quomodocũq; etiã per sentẽtiam iudicis diffamati, infamiam iam olim emortuam, & obliuioni traditam sine iusta causa, putà sine necessitate vel maiori vtilitate suscitaret, & ad memoriam seu notitiam ignorantum vbicunq; reduceret: cũ iam ille sit integræ famæ: is certè restituere tenetur: sicut qui in

bonis

bonis amissis iam legitimè recuperatis, notabiliter læderet: sic iste qui illius bonam famam præsentem iustè & dignè possessam per renouationem infamiæ præcedentis lædit iniustè: maximè quia nulla iam videtur vtilitas ex talis infamiæ iam mortuæ susci tatione in casu supradicto. ergo. ¶ Conclusio septima. Is qui non malo animo neq; asserendo, sed solum referendo, ex loquacitate dicit se audiuisse peccatum infamatorium alterius: nihil addendo quo credulitatem probabiliter generet apud audientes: ita quòd etiam solùm venialiter peccauit sic referendo: & tamen de facto sequitur infamia notabilis alterius: tenetur sub mortali peccato famam illius, vt cõmode potest, reparare. ¶ Ratio. quia sub mortali peccato quilibet tenetur reparare notabile damnũ, quod sua culpa legali tantum, & multò magis si sua culpa theologali, id est peccato etiam veniali intulit alteri, vt patet ca. fi. de iniuria & damno dato. vbi habetur. Neque ignorantia te excusat si scire debuisti ex facto tuo iniuriam vel iacturam verisimiliter alteri potuisse contingere. ¶ Et cum hac opi. cõcordat Asteñ. & Adri. in. 11. quodlibeto in secundo supposito, vbi tacitè resilire videtur ab opposita opinione Scoti. & Gabrielis & aliorũ, quã ipse Adri. in quarto de restitutione famæ in respõsione ad. 8. argumentum tenuerat, dicens quòd talis non tenebatur sub mortali sed solùm sub veniali peccato famam reparare. Tum primò quia non per se sed per accidens ex leuitate audientium damnificauit, per talia verba referendo se audiuisse. Tum etiam quia durum videtur quòd ex peccato veniali oriatur obligatio restituendi sub mortali. Hæc illi. Sed ad eorum rationes patet respon sio. Ad primum quòd per se aliquo modo ratione circunstantiæ damnificauit, vt patet, quia nisi ille sic diceret, nõ sequeretur illa damnificatio. Ad secundum respõdeo ꝙ obligatio restitutionis aut damni reparandi oritur ex quacunque iniusta læsione rei vel famæ: modo fuerit mortaliter culpabilis coram Deo, modo nõ. vt patet ex suprà dictis. Ergo conclusio hæc videtur probabilior quamuis communiter teneatur oppositũ. vt tenet Siluester. titu. Culpa. q. 4. ibi breuiter vide. ¶ Cõclusio octaua. Qui alteri detrahit eius solùm intentionem peruertendo, putà dicẽdo illum esse hominẽ prauæ intentionis, aut bona quidem ab eo fieri sed praua intentione: & sic nititur ipsum hoc modo infamare: si detractor ipse est talis qualitatis quòd probabiliter præsumitur id di-

Conclusio septima.

Conclusio octaua.

cere ex aliqua particulari & certa notitia, quam aliàs ipse habet de praua illius intentione, tenetur reparare famam, dicendo se id temerè iudicasse, atque dixisse quod ignorabat. Quòd si est persona quam constat audiẽtibus nil aliud nosse de illo, neq; magis quàm alij sciunt: sed ex sua temeritate, odio vel huiusmodi hæc dixisse: tunc licet grauiter peccauerit conando illum infamare, non tamen restituere tenetur: ex quo de facto famam illius non læsit. Hæc conclusio patet ex suprà dictis & concordat Adri. vbi suprà. & Gaieta. 2.2. q. 73. art. 1. & communiter doctores. ¶ Conclusio nona. quo ad modum restituendi famam est. Quomodo quis infamauit publicè vel occultè eodem modo tenetur coram eisdem, vt commodè potuerit, famam reparare: ita ꝙ quantum in se est famam alterius reparet sufficienter, etiam dicẽdo se falsum dixisse, si falsum dixit: quòd si nõ potest, tenetur in alio æqui ualẽti, etiam in temporalibus satisfacere. ¶ Ratio primi, quia alio modo palliatè, frigidè, & insufficienter reparãdo: non esset æqua litas reparationis & damni, neque iustitia. ¶ Et quàmuis cæteris paribus quilibet teneatur se, suumq́ue corpus & famam iustè diligere atq; seruare, potius quàm proximum & bona eius: non tamen iniustè. Ideo tenetur bona alterius scilicet famam iniustè læsam iustè & sufficienter reparare etiam cum iusto suæ famæ detrimento: alioqui iniustè ipse seruat famam suam: quam dum aliter fieri non potest, exponere tenetur pro alterius fama iniustè ab eo læsa reparanda: sicut de suis bonis perdere aut dare tenetur, vt reparet damna bonorum, quæ iniustè intulit proximo. Adde quòd ex quo iniustè & falsò aliũ diffamauit: iam se ipsum causaliter diffamauit: dum mansit obligatus alterius innocentiã, ostendere, famamq́; reparare: quam nõ nisi suum mẽdacium vel indirectè manifestãdo reparare potest: in quo non propriè & directè seipsum diffamat: sed amouet (vt debet) falsam sui laudẽ, vt æqualitatẽ iustitiæ faciat, famã proximo resarciẽdo. Hæc in sentẽtia Sco. in. 4. dist. 15. & Gabriel. ea. dist. q. 16. & Adri. vbi suprà & cõiter doct. ¶ Vbi nota primò, ꝙ si quis alium iniustè diffamauit eius crimẽ verũ reuelãdo, tũc tenetur reparare quantũ potest, nõ quidẽ mẽtiẽdo: sed alio modo opportuno ad id: ita tamẽ ꝙ nõ videatur audientibus illud crimen verũ, quasi illo modo per viam restitutionis potius confirmare, & per consequens illum magis infamare. Sed potius fiat hoc modo, ꝙ scilicet coram illis taceat

de priori

Conclusio nona.

de priori dicto: & laudet valde illam personam diffamatam, laudet inquam illam sæpe & efficaciter de multis vt oportet: & det operam quousq; talis credatur ab illis integræ vitæ & famæ nunc & olim fuisse: idq; ita cautè faciat ne videatur hoc agere pro restitutione famę (vt dictum est) vt de hoc etiam suprà. mēbro. 1 q. 2. cōclu. 5. habetur. ¶ Nota secundò ꝙ si negauit verū crimen sibi iudicialiter: sed non legitimè obiectum, cum esset occultum: licèt sic negādo videatur indirectè accusantem notare de calūnia, & per consequens illum aliquo modo infamare: tamen ex quo id iustè negauit (vt patet ex suprà dictis mēbro. 2. q. 6. conclu. 1. & 3. & membro. 3. q. 1. conclu. 3.) non tenetur illius famam vllo modo reparare: sed neq; illius iniustè aut nō legitimè accusantis intētionem iustificare: dicendo ꝙ fortè bona intētione motus sic accusauit (vt in hoc bene dicit Siluester. tit. Restitutio. 3. q. 3.) neq; mentitur sic negando simpliciter crimen occultum sibi publicè aut iudicialiter iniustè obiectum, vt suprà mēbro. 3. q. 3. conclu. 4. & 5. Ideo taliter accusans iniustè sibi imputet prædictam notam infamiæ, & cum prædictis cōcordat Adri. in. 4. de restitu. famæ & Siluester vbi suprà. Et prædicta sunt vera quādo taliter accusatus simpliciter negauit crimen occultum sibi obiectum: secus si adderet aliqua verba infamatoria, putà dicendo accusatorem mendacem, calūniatorem: tunc enim si inde sequatur infamia accusantis, tā iste infamator reparare teneretur (vt suprà dictum est, secundum Sco. & Gaieta. 2. 2. q. 62. arti. 1. & 2.) si secundum prædictam limitationē hij doctores intelligātur. ¶ Tertiò, nota si quis alium infamauit: & iam alij nō recordantur, sed illū habent in bona æstimatione, acsi infamatus olim nō fuisset, quia iam fortè trāsijt multum tempus, putà Petrus iactauit se quodam tempore cum Bertha fornicatum esse: post multos autem annos Petrus iam senex recordatur huius infamiæ, quam iuuenis intulit Berthæ: tunc dico secundum Gaieta. 2. 2. q. 62. arti. 1. & 2. dubio. 2. ꝙ si nō cōstat auditores esse omnino oblitos illius infamię (id vtiq; quod ferè semper præsumendum est, scilicet nō omnino esse oblitos nisi probabiliter aliud appareat) tenetur adhuc famam reparare. Si autem probabiliter constat eos iam oblitos omnino, neq; vllum illius infamiæ vestigium remanere: non tenetur vllo modo restituere, quia per illam obliuionem iam infamia deleta est. Et similiter dicatur vbicūq; restitutio specifica seu

particu-

netur vllo modo restituere, quia per illam obliuionem iam infamia deleta est. Et similiter dicatur vbicunq; restitutio specifica seu particularis videretur potius rememoratiua infamiæ & criminis iam omnino obliti, q̃ excusatio aut reparatio: quia tunc nulla reparatio facienda est. Si tamen falsò illũ infamauit, & iam de illo crimine alij non recordantur: cuius tamen infamia adhuc manet: tunc secundum Adria. vbi suprà in responsione ad primũ satis est coram illis, apud quos durat infamia, confiteri se illum aliàs falsò infamasse: vel inaduertenter, vel ex dictis seu factis alterius se, vt sæpe cõtingit, fuisse deceptum, propter quod ille sic ab eo iniustè diffamatus est: & non oportet in speciali crimen oblitum de quo illũ infamauit, explicare. ¶ Secũda pars. 9. conclusionis probatur, scilicèt ꝙ quando fama sufficienter reparari nõ potest, vt pote quia probabiliter timetur mors, vel maiꝰ malũ q̃ illa sit infamia: vel timetur seditio vel scandalum & huiusmodi: vel quia iam non credetur quantumcũq; se retractanti, vel ex alia causa quacunq: tunc iniustus diffamator tenetur in alio æquiualenti reparare: putà in temporalibus bonis fauoribus & huiusmodi quæ intra genus bonorum temporaliũ computãtur ad arbitriũ boni viri. Nam & fama seu honor est de genere bonorum tẽporalium: quæ sunt partes fœlicitatis humanæ vt. 1. Rheto. c. 5. habetur. Ratio quia quomodocunq; fieri potest æqualitatis recompẽsatio ad seruandã iustitiam, reparando damnũ, quilibet tenetur. Item quia sicut in mẽbri mutilatione & homicidio, quia non potest membrũ aut vita restitui, fit restitutio in æquiualenti alterius generis, putà in pecunia & alijs huiusmodi bonis temporalibus. Ergo similiter in proposito. Ex quo patet quòd non satis est se retractasse, si nouerit tali retractationi fidẽ nõ adhiberi, quia iam perinde est ac si margaritam præciosam famæ proximi fregerit, vel membrum cuius simile reperiri non potest. Ideò in talibus securius est remisione partis læsæ procurare & cũ ea cõponere. Et in his concordant Adri. 11. quodlib. difficultate. 6. & Tho. 2. 2. q. 62. articu. 2. ad secundum & Florent. 2. parte sum. titu. 2. cap. 2. §. 8. & Sum. Ange. & doctor Soto suprà membro. 1. q. 2. conclu. 5. &. q. 3. conclu. 3. & cõmuniter doctores, quanuis vnus omnium Siluest. contra omnes titu. Detractio. q. 4. periculosè sanè opinetur, quòd sicut qui pecuniam restituere non potest, non potest nec tenetur in fama compensare, quia non est eiusdem generis:

ita nec econuersò, quod certè falsum est. Nam qui pecuniam restituere nõ potest: tenetur creditori id acceptanti compensare in fama & honore, subeundo labores, vt diuulget famam bonam & egregia facta creditoris: sicut & ad id posset quis locare operas suas, supposito quòd ille creditor sit dignus tali fama. ¶ Conclusio decima. Licèt is quì fuit iniustè diffamatus, iam quomodocunq; famã recuperauerit: vel iã etiã alia via sit iustè diffamatus, tñ ille iniustus diffamator tenetur, vt potest recompensare omne interesse damni emergentis & lucri cessantis, quod passus est ex illa iniusta infamia illius temporis inter medij. ¶ Hæc conclusio est Adri. in. 4. de Restitut. famæ. in responsione ad vlti. argu. Et ratio est, quia sicut fur, & alij damnificatores in temporalibus bonis tenentur omnino integrè rem læsam cum prædicto interesse reparare: secundum cõmuniter doctores: ergo similiter in fama, & à fortiori. ¶ Et hinc sequitur primò, quòd licèt infamator postea depræhendatur mendax in multis alijs, propter quod iam nihil ei creditur de his quæ contrà alium falò dixerat: nihilominus tenetur reparare damnũ & interesse prędictorum bonorum, quod secutum est pro illo tempore, quo ei creditum est contra famam proximi. ¶ Secundò sequitur quòd licèt Sortes per me diffamatus iniustè de vno crimine, postea suis studiosis actibus & vita exemplari trahat omnes in bonam de ipso æstimationem, vt iam ipsum honestissimum æstiment, quicquid fuerit de tempore præterito: ego tamen adhuc teneor reparare modo suprà dicto in conclu. 9. præcedente prædictam infamiam: quia ille Sortes non adhuc omnino nunc recuperat famam innocentiæ per viam immunitatis à crimine, super quo fuit per me diffamatus: licèt habeat bonam famam de alijs & simpliciter. Quòd si fortè ille omnino quomodocunq; iam recuperauit suam famam, de illo etiam crimine super quo illum infamaui, tunc solùm tenerer ad interesse illius temporis intermedij præteriti, vt dictum est. ¶ Tertiò sequitur ꝙ cum quis iniustè sine iusta causa crimen verum alterius occultum reuelauit: & postea ipsemet criminosus publicè confitetur peccatũ suum, ita ꝙ iam est notum omnibus: tunc ille infamator, licèt non teneatur reparare famã illam: quia frustra fieret, neq; potest tũc eius vlla fieri reparatio: tenetur tñ recompẽsare interesse illius tẽporis quo fuit iniustè diffamatus, & omne damnum inde sequens, vt dictũ est. Hæc Adria. in sententia

Conclusio decima.

Conclusi. vndecima.

vbi ſuprà. ¶Concluſio vndecima, Qui per contumeliam verbo vel facto vel ſcripto iniuſtè derogauit alteri⁹ honori notabiliter: tenetur ſub peccato mortali, vt poteſt, ſufficienter reparare. Ratio patet ex dictis. & concordat Florent. 2. par. ſum. tit. 2. c. 2. §. 3. & Adria. 11. quodlib. in reſponſione ad vlt. arg. Sed quomodo fieri debeat talis honoris reparatio? Dic ꝙ ſi contumeliæ fuit admixta detractio famæ & honoris damnificatio, putà quia crimen verum occultum vel falſum fuit reuelatum vel obiectum ſine iuſta cauſa verbo vel facto iniurioſo: tunc reparatio famæ facienda eſt vt ſuprà concluſi. nona habetur. Ad reparandum autem honorem vel iniuriá, tenetur humiliter placare læſum per ſe vel per alios publicè vel occultè, vt oportet, & vt læſit illum, ita vt iniuriatus rationabiliter debeat manere cõtentus ad arbitrium boni viri, conſideratis omnibus circunſtantijs, hinc inde conſiderandis, putà qualitate perſonarum & huiuſmodi. Et ad hoc tenetur ſtatim ex quo intulit iniuriam ſi commodè poteſt. Ideò vbi fuit læſio famæ ſimul & honoris, vtrumq; requiritur ad debitam reparationem, vt dictum eſt, & inſuper manet actio iniuriarum, vt ſuprà concl. 5. habetur. Et hic oportet memorari ꝙ fama perditur per reuelationem defectus culpæ. Honor autem per obiectionem iniurioſam defectus naturalis, putà dicendo cæcũ, claudum, ſtultũ, ſpuriũ &c. Fama verò & honor ſimul per iniurioſam obiectionem culpæ, vt patet ex ſuprà dictis. q. 1. Item ex ſuprà dictis patet, ſecundum Gaieta. 2. 2. q. 72. articu. 3. & in. 2. quodlibe. reſpon. 13. dubio. 5. ꝙ aliquando eſt neceſſe petere veniam à contumeliato, aliquando non. Nam quãdo petitio veniæ eſt pars reſtitutionis honoris iniuſtè læſi: tunc eſt neceſſaria petitio veniæ, ſicut & quodlibet aliud requiſitũ ad integritatẽ reſtitutiõis vel ſatisfactiõis. Quę petitio venię aliqñ ſola requiritur & ſufficit ad ſatisfactionẽ iniurię: aliqñ nõ, niſi ſimul cũ honoris reparatione, vt ſup. dictũ eſt. Qñ verò petitio venię cõcurrit, vt res diſtincta, contra reſtitutionẽ ad abũdãtiorẽ iuſtitiã & maiorẽ placationẽ læſi, vt fit apud religioſos, quorũ hũilitas & iuſtitia debet eſſe abũdátior, & tũc nõ eſt neceſſaria petitio veniæ, qñ aliàs integrè honori alteri⁹ ſatisfactũ eſt: ſicut nec in alijs ſatisfactiõib⁹ realib⁹ integrè factis. Quæ oĩa, ſcilicèt qñ petitio venię requiritur ad integritatẽ ſatisfactionis honoris qñ nõ: pẽdẽt ex arbitrio viri prudẽtis. Et ſic pñt cõcordari doctores q ſup hoc ad faciẽ variare vidẽtur.

¶ Et ad prædicta no. ꝙ si iam iniuriam passus cum iniuriante familiariter & amicabiliter cõuersatur: tunc videtur ei talẽ iniuriã remittere & reconciliari: & ex cõsequẽti ex tunc iniuriator, non tenetur veniã petere. ¶ No. etiam ꝙ prælatus subdito, pater filio, vir vxori, magister discipulo, domin⁹ seruo, & tãdẽ superior suo inferiori seu subdito, iniuriã aut contumeliã non infamatoriã inferens, causa correctionis nõ tenetur petere veniã, secũdũ Augu. in sua regula: dum modo nõ nimis iniuriosè & liuore vindictę id faciat. Tunc enim teneretur prælatus à subdito petere veniã eiq; reconciliari, vt oportet, secundũ Tho. & Floren. vbi suprà, Raymun. & Duran. in sum. & Siluest. titu. Cõtumelia. q. 5. ¶ Quæ autem sit iusta causa reuelandi defectus occultos culpabiles vel naturales, videatur suprà conclu. 3. & 4. & q. 2. conclu. 3. & 4. Quia id ad oĩa facit & requiritur in tota hac materia. ¶ Conclusio. 12.

Conclusio duodecima.

Lapsus anni intra quem iniuriatus potuisset agere de iniuria contra iniustè contumeliantem vel iniuriantẽ & non post, secundũ. l. Si non conuicij. C. de iniur. liberat quidẽ ipsum iniuriantẽ à pœna, ad quam auctoritate iuris veniret condẽnandus. Nõ autẽ ab obligatione famam vel honorem iniustè læsum restituendi. ¶ Prima pars ꝓbatur, secundũ Adri. 11. quodlibeto. in. 2. difficultate. Quia ad solutionẽ pœnæ nõ tenemur, etiam in foro consciẽtiæ, priusquam per iudicẽ simus ad eã condẽnati, secundũ cõiter docto. ex. c. fraternitas. 12. q. 2. Sed ius pręfigit terminũ anni cõtinui prosecutioni pœnę & actioni iniuriarũ, vt patet in. d. l. Si nõ conuicij. Ergo lapsus illius anni liberat ab illa pœna. ¶ Secunda pars ꝙ scilicèt nõ liberat à restitutiõe honoris, ꝓbatur. Quia aliud est legẽ nõ assistere, aliud legẽ resistere. Nã cũ lex resistit cõtractui, obligationi, actioni, vel executioni, vt hæc latè distinguit. Barth. in. l. cũ lex. ff. de fideiusso. & Man. ibidẽ determinat ꝙ cum ius solùm resistit actioni, non impeditur nec perimitur obligatio naturalis. Imò si solùm resistit actioni per hæc vel similia verba, scilicèt super talì cõtractu nõ detur actio vel nõ audiatur, si illud tale erat ex quo aliàs de iure cõi actio oriebatur: paratur solũ exceptio non perimitur actio, vt in Vellaiano & Macedoniano. Ergo ad ꝓpositũ nr̃m, multò min⁹ aufertur naturalis obligatio reparãdi damnũ iniustũ, licèt post annũ non detur actio. Vnde & Pau. de Castr. ead. l. ad sciendum quãdo oritur aliqua obligatio dicit, ꝙ cum lex resistit contractui, dirigendo verba in actum hominis:

vel

Vel secūdò cū resistit potentiæ, vt dicendo, nullus forensis possit vendere, vel mulier, aut minor nō possit hoc vel illud. Vel tertiò cū resistit obligationi, vt dicēdo, mulier vel minor nō possit obligari sine tali solemnitate. His tribus casibus non oritur aliqua etiam naturalis obligatio. Quia de iuregentium oportet superioribus obedire, vt per legē Si non sortem. ff. de conditi. indebi. & legē Eos. C. de vsur. sed cum resistit actioni & sic affectui, vt cum dicit actionem non dabo: & tunc oritur obligatio ciuilis & naturalis, sed obstat exceptio. vt. l. Quia naturalis. ff. ad Macedo. ¶ Item actio iniuriarum dissimulatione aboletur: & ideò si quis iniuriam dereliquerit, id est, statim passus ad animum non reuocauerit: postea ex pœnitentia remissam iniuriam recolere non poterit, vt habetur Institu. de iureiuran. §. fi. Sed siue reuocet ad animum, statim vt audierit, siue ex mansuetudine nolit, vel quodcunq; impatiētiæ signū ostendere: non minus obligatur illi reparare famam iniustè læsam, non obstante, quòd hoc casu lex neget actionem. ergo. ¶ Item actio iniuriarum est pœnalis. Ergo non complectitur principem, neque pœna à lege seu à iure constituta: quia princeps legibus solutus est. l. Princeps. ff. de legi. id est, solutus est à pœna legis: & sic papa nullam iuris ex cōmunionem incurrit. Et tamen nihilominus princeps & papa tenetur famam iniustè læsam reparare. Ergo similiter quilibet alius quantumcunque sit à legibus & pœna legis suprà dicta, post lapsum anni quomodolibet solutus, manet obligatus famam & honorem reparare. Neq; plus liberat lapsus anni, quàm ipsum infamantem liberaret tertia sententia contra ius partis infamatæ lata. Sententia autem non tollit naturalem obligationem, neq; tribuit ius parti. l. Iulianus. ff. de Conditi. indebi. ergo. ¶ Conclusio decimatertia. Quando iniustus diffamator famam vel honorem proximi, vt tenebatur, non reparauit, neq; in alijs bonis ad arbitrium boni viri recompensauit: quia vel noluit vel non potuit, & sic mortuus est: tunc eius onus & obligatio descendit ad hæredem: ita quòd hæres tenetur saltem recompensare in alijs bonis ad arbitrium boni viri, secundum vires hæreditatis & non amplius, sicut defunctus tenebatur. ¶ Hęc conclusio est Adria. in. 11. quodlibeto. in. 6. difficultate. Et ratio est, quia cōtra naturalem iustitiam videtur, quòd hæres ex defuncto lucrū capiat, eius personam repręsentando, & quòd non satisfaciat de his in quibus

Conclusio decimatertia.

defunctus tenebatur. Et in hoc videtur fundari ca.fi.de Sepul.& ca.in literis.de Raptoribus.& ca.à nobis.&.2.de senten.excom. in quibus decernitur ꝙ hęres tenetur reparare damna quę defunctus intulit,licèt ad illũ nihil de eis peruenerit. Quia & hęreditas transit ad posteros cum onere & honore. Quod est verum non solùm in damnis bonorum temporaliũ & læsione personæ: sed etiam in dãnis famæ & honoris: quia inter temporalia bona cõputantur, & quia eadem ratio militat in omnibus suprà dictis. Ergo. Et licèt Panor.in dict.ca.in literis.illa limitare videatur: quãdo scilicèt defunctus pœnituit,quia tunc in effectu mandauit reparationem fieri per hæredem: quod confirmat ex illo textu,vbi Papa mandat sub conditione, si ita se res habeat, quasi referens se ad prius narrata. Sed certè limitatio & ratio Panor. non valet: quia licèt totius narrationis veritas requiratur ad totius dispositionis complementum,scilicèt,vt corpus defuncti debeat in cœmiterio sepeliri,& hæredes ad satisfactionem compelli: tamen ad huius vltimæ partis verificationem seu consistentiam, scilicèt quòd hæredes ad satisfactionem compelli debeant, sufficit veritas huius narrati tantùm,quòd scilicèt defunctus damna intulit,& hoc manifestè probat litera, vt habere debet secundum Ioan.And.post Vincen.scilicèt,vt sic valeant à peccato liberari: quia sic apertè de hæredibus loquitur,qui defuncto in viciũ succedunt,quandiu illius bona retinẽt,& de damnis contra iustitiã per illũ illatis iuxta vires hereditatis illius non satisfaciũt. Et ꝙ litera sic habere debeat, & non vt communiter habet in singulari,scilicèt,vt sic valeat à peccato liberari:patet. Quia per nõ satisfactionem hæredis non detinetur defunctus in peccato, quo ad culpam,neque quo ad pœnam ex quo aliter per satispaßione in purgatorio,& per suffragia viuorum potest ab ea liberari. Sed glo.ibidem de pœna peccati, qua defunctus tenetur, exponit à qua per satisfactionem hæredis citius liberabitur quàm sine ea,licèt Adri.talẽ glo.nõ admittat. Item idẽ probat Adri.auctoritate Ioan.Fab.insti.de tempora.& perpet.actio.§.pœnales. qui ait ꝙ nulla est ratio quare hęredes vnꝰ Turcę vel Iudei sint quo ad hoc melioris conditionis. Imò dicit quòd licèt nullus canon de hoc constitutus esset:illud est necessarium,stãte fide catholica,& debet obseruari etiam in curia laycali,prout obseruari vidit suo tempore in curia parlamenti Parisius. ¶ Conclusio. 14. Omnis iniu-

Cõclu.14

stus

ſtus diffamator nõ tenetur reſtituere famã vel honorẽ, ſi ipſe infamatus ſimul & alij damnificati remittant ei hãc obligationem. Vel ſi tantũdem ipſe diffamator eſt vice verſa ab eis iniuſtè diffamatus. Manet tamen omnis iniuſtus diffamator obligatus ſæpe ad reparandum famam iniuſtè diffamati: & hoc non ratione reſtitutionis, ſed alterius præcepti charitatis vel ad ſcandalũ proximorum euitãdum. ¶ Prima pars patet, quia remiſsio eius cui aliquid debetur, liberat debitorem ab obligatione reſtituendi, niſi per legem aut per ſuperiorem cautum ſit remiſsionem talem nõ valere. vt in ca. Statutũ. de Reſcrip. & de cẽſibus. ca. Exigit. lib. 6. Sed fama & honor ſunt bonum temporale ipſius poſsidentis, & non aliorum, vt patet primo Rhetor. ca. 5. vbi habetur ꝙ gloria & honor ſunt partes fœlicitatis hominis: fœlicitas autem eſt bonũ ipſius fœlicis, & non aliorum: ideò enim dicitur quis poſſeſſor bonæ famæ & honoris. Ergo. ¶ Secunda pars patet, quia paria crimina mutua compẽſatione tollũtur. ca. Tua fraternitas. de adul. & ſtup. paria delicta paribus compenſantur, ſicut & paria damna rerũ temporalium. Ergo. ¶ Tertia pars patet, quia ratione charitatis tenemur proximo adhibere quicquid nouerimꝰ ei eſſe neceſſariũ ad ſalutem corporalem & ſpiritualem: & eius ſcandalum cauere. Matth. 18. Qui ſcandalizauerit vnum ex his puſ. Ergo. Quando ex alicuius infamia iniuſtè per nos illata ſequitur tale damnum proximorum, ita quòd ipſis eſt neceſſaria bona fama illius, cuius vita eſt in imitationẽ & exemplũ, eiusq; Doctrina eſt in inſtructionem cæterorum: quandiu, inquam, durat talis neceſsitas bonæ famæ illius: certè qui iniuſtè illum diffamauit, tenetur illius famam reparare, quantum poteſt, etiam ſi ad id efficiendum ſit neceſſarium ſeipſum ſine mendacio infamare: etiam ſi ille ſui ipſius remiſerit infamiam. Hæc omnia patent ex ſuprà dictis in conclu. 9. & expreſsè concordat Adrian. in 4. de reſtitu. famæ. & in. 11. quodlib. in. 3. difficultate. Licèt Gaieta. ſecunda ſecundæ q. 62. articu. 2. teneat oppoſitum contra duas priores partes concluſionis de quo proximè patebit amplius. ¶ Sed pro maiori concluſionis declaratione, duo dubia enodanda ſunt. Primum vtrum ſufficiat remiſsio illius tantum qui directè diffamatus eſt: an etiam requiratur remiſsio filiorum & aliorum de parentela, in quos etiam infamia redundauit illius qui principaliter & directè fuit iniuſtè diffamatus.

Dubium primum.

¶ Nam ex vna parte videtur quod etiam requiratur remiſsio aliorũ vt videtur tenere Gaietañ. vbi ſuprà. Tum primò quia non valet remiſsio, niſi fiat ab omnibus damnificatis, tam in bonis rerũ temporalium, in quibus illi habent iam dñium ſeu ius acquiſitum: q̃ etiã in bono famæ & honoris, ex quo in eis quilibet bonæ famæ habet iam ius acquiſitum & poſſeſsionem, vt patet ſuprà ex primo Rhetori.ca.5. Ergo. Tũ.2. quia quando ex infamia vnius religioſi redundat infamia in monaſterium, non ſufficit ſola remiſsio ipſius religioſi: ſed requiritur remiſsio conuentus, aut prælati. vt ait glo. in ca. Parrochianos. de ſent. excom. &.23.q.4. Si is qui. Ergo ſimiliter non ſufficit ſola remiſsio illius principaliter diffamati. ¶ Pro alia parte, ad quam Adria. vbi ſuprà, magis videtur declinare, eſt triplex ratio. ¶ Prima ratio eſt deſtructiua primæ ratiõis ſuprà poſitæ, pro oppoſita opinione. Quia ſcilicèt ſola remiſsio illius, cui eſt neceſſariò debita reſtitutio facienda, ſufficit ad deobligandum à reſtitutione vel reparatione damni. Sed illi ſoli principaliter diffamato eſt neceſſariò reſtitutio facienda. Quod patet, quia ſi illi ſoli fiat reſtitutio famæ, iam non manet obligatio reſtituendi etiã alijs, putà filijs & ꝓpinquis indirectè diffamatis. Ergo eius ſola remiſsio ſufficit. ¶ Sed hæc ratio non probat ſufficienter intẽtum: quia ad eam poteſt reſponderi negando minorem, & eius quoque probationem. Nam licèt ſæpe ita ſit, quòd ex reſtitutione facta illi principaliter diffamato, reparatur etiam ſufficienter fama aliorum inde damnificatorum: non tamen ſemper. Ideò ſi ex directa reſtitutione famæ facta illi ſoli principaliter diffamata, non ſequeretur aut non redundaret etiam ſufficiens reparatio famæ, & aliorum bonorum alijs damnificatis, certè non ſufficeret ſola reſtitutio illi principali facta. Item etiã ſi concedatur maior & minor: negatur conſequẽ. quia remiſsio ab aliquo facta non habet tantum effectum, quantum reſtitutio famæ eidem facta, quia ex illa remiſsione illius principaliter infamati non ſequitur reparatio famæ ipſi & alijs damnificatis, quæ tamen ſequitur ex reſtitutione: & cum hæc reſtitutio debeatur omnibus damnificatis, ſequitur quòd non ſufficit illius principalis ſola remiſsio. ¶ Secũda rõ contraria ſecũdę rationi partis oppoſitæ, quia pro infamia ſeu iniuria ſubditi, ſeu etiam conuentus prelato conuenit actio, & eius ſola remiſsio ſufficit, vt ait glo.12.q.1. Nõ dicatis. & glo.33.q.4. Si is qui. & not. docto. in

ca. Parrochianos. de sentent. excom. & multò fortius id potest & sufficit sola remißio prælati pro infamia, seu iniuria sua, redundante in iniuriam subditorum, & conuentus vel ecclesiæ suæ, vt notat glos. in. dict. capit. Si is qui. Ergo similiter eadem ratione sufficit sola remißio patris pro infamia & iniuria filiorum, & aliorum de parentela, præsertim eorum qui sunt sub eius potestate. ¶ Sed neque hæc ratio videtur omnino valere. Quia licèt prælato conueniat actio pro iniuria subditorũ, & eius sufficiat sola remißio: quia religiosus subditus nil iuris habet, sed est totus sub potestate prælati: non tamẽ est idẽ iudicium de alijs qui sunt sui iuris, & ius habent in suis bonis. Ideò neque Episcopus potest remittere iniuriam clericorum aut ecclesiæ: neque tutor iniuriam pupilli: licèt pater poßit remittere iniuriam filij, nondum emancipati, qui est omnino sub eius potestate, non tamen aliorũ filiorum emancipatorum aut propinquorum. vt hoc expreßè ait glo. in dic. ca. Si is qui. & ca. Parrochianos. ¶ Tertia ratio quia sicut si Sortes esset in læsione membri aut rerum damnificatus, ita quòd nõ posset alere familiam: vtiq; eius sola remißio sufficeret, sine remißione vxoris & filiorũ: neque alius iam reparare teneretur modò aliunde sit peccatum, modò non. Ergo similiter de remißione infamiæ dicendum est. ¶ Sed nec hæc ratio valet. Tum quia vxor & liberi nõ habent ius in membris & rebus viri viuentis, saltem non habent ius plenum & administrationẽ, sed solus vir, tum etiam quia quo ad hæc sunt sub viri potestate: ideò sufficit remißio viri in his damnis membrorum rerum & famæ suæ & filiorum & vxoris. Quia in his subsunt eius dominio & administrationi: non autem sufficit eius remißio de damnis aliorum, qui eius potestati non subsunt, vt dictum est. ¶ Igitur resolutoriè quo ad prædictum dubium videtur (saluo meliori iudicio) sic sub distinctione dicendum: quòd scilicèt alterum est bonum famæ vel honoris filiorum & parentelæ, proueniens ipsis à fama duntaxat, seu honore parentis, seu consanguinitatis huius, & in hoc honore illi habent quidem ius aliquod acquisitum: sed non plenè nec absolutè & simpliciter: sed solùm dependenter ab illo principali plenum & liberũ ius in illis habente: ita quòd illo retinente retinent, & illo amittente simul amittũt cum eo. Et de hoc honore seu fama dependente ab alio: dico quòd damnificator liberatur à restitutione per solam remißionẽ illius

princi

principalis, aquo alij depẽdenter, habebant talem famam vel honorem: ſicut & à reparatione aliorum damnorum in bonis temporalibus alijs, quæ nondum habebant ſed ſperabãt ex honore, fama & bonis illius principalis, liberatur damnificator per ſolam remiſsionem illius principaliter damnificati, ius plenum & independens in fama & alijs ſuis bonis habentis. Et ſimiliter dicatur proportionabiliter de honore, & alijs bonis, prouenientibus aliquibus dependenter ab honore amici ratione amicitiæ: aut religioſi ratione religionis, ſeu alterius coniunctionis tantum. Vt pote ſi ex infamia vnius religioſi iam alij perdunt æſtimationem illam duntaxat, quam ex bona illius æſtimatione habebant, ita quòd nullam aliam ſuam bonam famam perdunt, quia ibi creduntur eſſe alij boni & docti, licèt ille iam malus aut inſipiens habeatur. Quia tunc videtur ſolũ facta damnificatio honoris conuentus vel religionis dependẽtis ab honore ſeu fama illius religioſi: & tunc ſufficit remiſsio prælati, aut eius qui ipſius tantum religioſi iniuriam remittere poterat, aliàs ſine aliorum religioſorum remiſsione. ¶ Et ſecundum hoc locum habet & procedit ſecunda opinio Adriani ſuprà poſita. Quia & ſicut ſi iſte talis plenus dominus ſuæ famæ aliorumq; bonorũ ſuorum temporalium illa culpabiliter prodigeret: nõ teneretur ipſe neq; illi quibus ea contulit reſtituere aliquibus, niſi in caſu quo aliter per legem cautum eſſet. Ergo neque damnificatores illi, quibus ipſe illa remitteret, tenẽtur aliq̃d illi vel alijs prædicto modo dependẽter damnificatis, in vim reſtitutionis reparare. ¶ Alterum autem eſt bonum famæ vel honoris, prouenĩetis illis filijs, alijsq; propinquis, non quidem aut non ſolùm ab illo ſuo parente & ratione ipſius: ſed ex ſuis benè geſtis, & ratione alia ſeu aliunde à iure vel ab alijs prædeceſſoribus. Et in tali honore habẽt ipſi ius acquiſitũ independẽter ab illo, & abſolutè quanuis per illum: ſicut & in alijs bonis temporalibus, in quibus habent ius. Ideò ſi in hoc tali honore ſunt iniuſtè damnificati, per redundantiam iniuſtè infamiæ patris eorum: tunc damnificator per ſolam remiſſionem illius principaliter infamati, nõ liberatur ab obligatione reſtitutionis famæ vel honoris, ſicut nec aliarum rerum in quibus illi ius habebãt. Quia in his bonis pater ille principaliter infamatus ius plenum & liberum dominium non habebat: vt pote ſi filij aut alij de parentela propter infamiam Sortis, ſunt ita

dam

damnificati in honore aut alijs bonis, quæ secūdum ius illis aliàs conuenirent: putà quia erãt nobiles ab antiquo liberi à tributis, habiles ad officia & dignitates & huiusmodi, & tamẽ propter infamiam Sortis iniustã iam habentur viles seu tributarij, seu infames à iure, vel inhabiles ad officia & huiusmodi. Similiter si ex infamia vnius religiosi, iam etiã alij mali æstimãtur. In his & similibus casibus nõ sufficit sola remissio illius principaliter infamati aut dãnificati sine remissione omniũ aliorũ, inde dãnificatorũ, in prædictis bonis rerum & honoris, in quibus ius ab illo principaliter damnificato independẽter habẽt. ¶ Et in hoc videtur prima opinio Gaietani, & aliorũ suprà posita locũ habere. ¶ Cõtra resolutionem huius dubij, & contra primã & secundam partem 14. cõcl. arguitur. quia non valet remissio illius, qui nõ habet dominiũ liberũ rei læsę, vt patet, quia remissio nõ dñi æquè inutilis est, vt donatio. Sed nullus habet dominiũ integrũ suæ famæ, vt patet: tum primò quia qui conscientiæ fidens, famã negligit, crudelis est. 12. q. 1. ca. Nolo. & 11. q. 3. Nõ sunt audiendi. Tum secũdò quia secundũ Gaietañ. 2. 2. q. 73. articu. 2. homo quo ad suam personam & famam non est omnino sui iuris, sed est pars Reip. & iuris eius. Tũ tertiò quia diffamãs virũ bonũ, nõ solũ dãnificat ip̃m, sed & oẽs alios, qui odore bonæ famæ illius præsertim viri positi in exẽplũ & instructionẽ aliorũ deberẽt trahi ad salutẽ, aut in bono foueri, vt patet ex. d. ca. Nolo. & ca. Non sunt audiendi. quia fama nr̃a ꝓximis est necessaria, sicut & vita nr̃a nobis. Nũc autem quilibet tenetur reparare dãnum quibus intulit. Ergo nec prodest sola infamati remissio, neq; est locꝰ recõpẽsationi. ¶ Respõdeo secũdũ Adri. vbi suprà negãdo maiorẽ, si intelligatur de dñio rei ablatę: quia nemo est integrè dñs suorũ mẽbrorũ, sed solus Deus est dñs vitæ & mortis & membrorũ: & tñ sola remissio eius cui mẽbrũ læsum est, si aliàs est sui iuris & nõ ꝓhibetur à lege, liberat dãnificantẽ à debito reparatiõis, licèt nõ liberet ab iniuria Reip. vt patet. Ideò illa maior est vera solũ ad hunc sensum: ꝙ scilicèt nõ valet remissio eius, qui nõ habet dñium & ius integrũ obligationis natę ex talis rei læsione. Si eñ tale dñium & ius obligatiõis prędictę habet: bñ sufficit eius remissio liberare dãnificãtẽ à debito restitutiõis: licèt nõ sit dñs integrè talis rei lęsę, vt dictũ est. Et tũc negatur minor ẽt ĩ vtroq; sensu suprà dicto. Dico eñ ꝙ qlibet ẽ ĩtegrè dñs suę famę, magis q̃ mẽbrorũ & vitæ:

vt pa

vt patet ex suprà dictis membro.1.q.3.conclu.3.est etiã dñs obligationis natæ ex læsione suę famę, sicut ex læsione membrorum suorũ. Ideò sicut qui sine causa rationabili prodigè damna rerũ suæ familiæ necessariarum & læsionem membri remittit: licèt peccet, tamen talis remissio liberat damnificãtẽ à debito restitutionis nisi in casibus lege prohibitis si qui sunt. Sic in proposito, licèt peccet remittens sui ipsius infamiam sine rationabili causa: iam tamen damnificator liberatur ab obligatione restituendi. Similiter ad secundam probationem minoris ex Gaietano negatur, quòd quo ad famam sit ita pars Reip. quòd non sit homo dominus eius, vt aliorum bonorum temporaliũ. Et eo dato: homo habet integrũ ius obligationis ortæ ex læsione suæ famæ, sicut & magis quàm ex læsione suorum membrorum: ideò ipso re mittente iam Deus etiam & Resp. remittere censetur talem obligationẽ restitutionis: licèt non remittatur illi peccatum & iniuria, aut actio iniuriæ illatæ Deo & Reip. vt suprà membro. 1.q.3. conclu.3. latius habetur. ¶ Ideò non valet opinio Gaieta. in opp. vbi suprà. Neque etiam quod ipse. 2.2. q.62. articu.2. dubio.1. dicit, Quòd non est locus compensationi iniuriarum & infamiæ, quando vnus iniustè accusat, & alter negat directè, dicẽdo esse falsum, si falsum non est, sed occultum quod tamẽ ei iniustè obijcitur: quodq; vterq; alteri restituere tenetur: quodque non valet compensatio, neque remissio iniuriæ inuicem facta. Et fundat se Gaieta. in suprà dicta ratione, quæ iam soluta est, & nil valet. ¶ Similiter ad tertiam minoris probationem respondeo concessa maiore negatur minor. Nõ enim tenetur restituere prodigens famam, aut res suas, vnde familiam sustentare deberet aut iuuare: licèt peccet ipse sic prodigens: & alius etiam damnificans manet liber à restitutione ex tali remissione, aut prodiga donatione, vt dictum est. Cum quo stat & ita est quòd alia ratione, scilicèt præcepti charitatis & scandali vitandi & huiusmodi tenetur sæpe talis iniustus infamator reparare famam, etiam si ipse infamatus & alij ad quos id attinet, remiserint obligationem illam restituendi & actionem iniurię, vt suprà enim.3. parte conclu. dictum & probatum est. ¶ Secundò dubitatur, vtrum teneatur restituere sibi vel alteri famam, is qui metu tormentorum seipsum verè vel falsè infamauit. ¶ Respõdeo per.4. pũcta seu dicta, quorum primum est. Qui timore tormentorum etiam iniustorum

Dubium secundũ.

seipsum

ſeipſum infamauit & morti expoſuit reuelando ſuum verum cri men occultum, quod ſic ab eo per tormẽta extorquetur iniuſtè, non peccat, neque tenetur reſtituere ſibi vel alteri, etiã ſi ex hoc alius iniuſtè patiatur iacturam famæ honoris & rerũ. Quòd hoc ſit verum quando inde non damnificatur alius, patet ſuprà mem bro.3.q.vlt. conclu.vlti. Quòd etiam ſit verum etiã quando inde alius damnificatur, probatur. Quia rationabiliter præeligit quiſquam vitare damnũ ſuum corporale, quàm temporale aliorum indirectè conſequens: ex quo ipſe directè & per ſe nõ damnificauit alios, ſed ſe ipſum indemnem & à maiore malo ſeruare intendit ſeipſum, & non alios reuelando. Nam licitum eſt mihi meam vtilitatem procurare, ex dicta cauſa meum crimen occultum reuelando: licèt per accidens inde alius dãnificetur. Quod etiam eſt verum, quòd ſcilicèt alteri reſtituere non tenetur, etiam ſi eſſet peccatum ſeipſum modo prædicto verè infamare: quãdo id ex intentione nõ ordinatur ad alterius damnificationem, quæ tamen illi per accidens inde prouenit. Ad quod facit Barth.l. ſi vt certo.§.Interdum.ff.Commoda.& Pau.in.l.Si vehenda.ff.ad legem Rodiam. de lactu.& in.l.1.§. ſi rem.ff. depoſitio. &.l.1.ff. de eo per quem fac.erit.&.l.cum eo.ff. de ſeruitutibus vrbanorũ prædiorum. &.l.altius.C.de ſeruitu. & per Cepolam in tractatu de ſeruitutibus.c.de Feneſtra.&.c.de ſolo & area. & per Fabrum in præſenti inſtitu. de lege Fuſia canina tollen.& eſt tex.l.19.titu. 32.partita.3. regni Hiſpaniæ.&.l.1.ff. de aqua plu. arcẽ.§. deniq; &.l.5.eo.tit.§. penult.& ibi glo. ¶Secundum dictum eſt. Si quis timore tormentorum ſeipſum falſè infamauit: & inde nulla iactura famæ vel rerum, neque ſpirituale detrimentum ſequitur alterius: niſi ſolùm leue ſcandalũ aliorũ, qui putabãt illũ eſſe aliàs bo num virum: non peccat mortaliter: neque ſub mortali ſe retractare tenetur. Et hoc probatur. Quia nulli facit iniuriam aut notabile damnum, niſi ſibi ipſi ex cauſa, licèt inſufficiente: & ideò ſo lum venialiter peccat mentiendo, & poteſt ſibi remittere, vt patet ex dictis in dubio præcedente, & ſuprà membro.3. q. vlti. conclu.vlti.& infrà latius patebit. Et in hoc concordat ſum. An ge.titu.detractio.§.6.quanuis ibi malè dicat ſimpliciter quòd licite id facere poteſt, & videtur ad idem Adri.in.4. de reſtitutione famæ.&.11.quodlibeto, in.3.difficultate, licèt Silueſt. titu. detractio.q.3.teneat oppoſitum ſecundum Floren.par.2.titu.2.c.2. §.3.

§.3.& Gaieta.2.2.q.73.art.2.& Panor.in.c. Ex parte.el.2. de Sepultu.& Felin.de Testibus cogendis. ca.1.& Socin.in repetitione super cap.ad Audientiam.de Homici.& Palud. in.4.distinc. 21.q.2.in fine.propter rationes suprà tactas in arg. contra primũ dubium,& ibi solutas. Sed hæc opinio Siluest.Panor.& aliorum esset vera, quando ex tali confessione falsa timore tormẽtorum esset morte damnandus,quia peccaret mortaliter nisi ante mortẽ se retractaret. Licèt Sum.Ang.vbi suprà oppositũ,quo ad hoc sentire videatur: cõtra quam est etiam ca. Si non licet.23. q.5.& glo.c.1.15.q.6. ¶Tertium dictum est.Si quis timore tormentorũ seipsum falsè infamauit:& inde nulla iactura famæ aut rerũ temporalium vllo modo sequitur alicui, sed solũ graue scandalũ aliorum qui ad ipsorũ salutẽ valde indigent bona fama illius, qui est positus in exemplũ & instructionẽ cæterorum. Tunc durate tali necessitate proximorum tenetur ille se retractare sub peccato mortali.Patet ꝙ ad id teneatur nõ quidẽ ratione restitutionis,ex quo contra iustitiã illi nõ sunt damnificati: sed ratione præcepti charitatis,qua tenetur alios à scãdalo & spirituali animæ læsione releuare aut præseruare,vt suprà in.3.parte.14.conclu.secundum Adria.dictum est. ¶Quartum dictum est. Si quis seipsum metu tormentorum falsè infamauit,& inde grauis iactura famę honoris aut rerum aliorum de parentela secuta est, tunc etiam si mortaliter peccauerit:tamen se retractare non tenetur, in casu quo ipsius remissio releuaret alium infamãtem ab obligatione restitutionis:quando scilicèt alij damnificati sunt solum in fama vel honore seu alijs bonis,quæ depẽdenter tantũ habebant ab illo principaliter infamato.Benè tã tenetur se retractare, in casu quo ipsius remissio non releuaret aliũ ipsius infamatorẽ ab obligatione restitutionis: quãdo scilicèt,alij damnificati sunt in fama vel honore vel alijs bonis in quibus habebant ius independenter ab illo principaliter infamato, vt suprà dubio primo, latius probatũ est,vnde & pendet huius quarti dicti declaratio.

Quæstio quarta. Conclu.1.

QVÆSTIO quarta, Vtrum & quomodo peccet & restituere teneatur,qui detractionẽ audit. Ad qđ respõdeo, per tres conclu. ¶Prima concl. est. Quicunq; dat causam detractioni requirendo,instigando,vel signa futuræ gratificationis exhibendo,pro-

pter

pter quę detractio verisimiliter futura est, grauius peccat ipso detrahente. Probatur, quòd peccet. Quia Rom. 1. Digni sunt morte non solum qui fa. sed qui consen. fac. Et quia est causa peccati alterius cui in hoc cooperatur. Itẽ quia talis quo ad hoc est peior homicida, quia occidit aĩam suam & detrahentis: sicut dicit Augu. de prouocante aliũ ad iurãdũ quẽ scit peieraturũ. 22. q. 5. qui prouocat. &. c. Qui exigit. Quòd autẽ grauius peccet: patet, Quia vt dictũ est nõ solũ peccat, sed & alteri peccati offendiculũ præstat: & ideò dãnabilior est eo, qui solũ peccat vel errat. 24. q. 3. qui aliorũ. Concordãt Adri. in. 4. de resti. fam. &. 11. quodlib. Et. s. Tho. 2. 2. q. 73. art. 4. & cõiter doct. ¶ Quòd si cõtra hæc arguatur. 1. ꝙ causa efficax principalis facti semper graui⁹ peccat, q̃ causa occasionalis, vt patet. Sed qui aliũ consilio aut signis cõplacentiæ animat ad detrahendũ est solũ causa occasionalis detractionis, non aũt efficax, vt patet: quia. 3. Ethi. ridiculũ est accusare externa, & nõ seipsum potius qui facile ab ijs capiatur. Ergo. Itẽ. 2. arg. quia min⁹ videtur vti malo alterius etiã prẹter necessitatẽ, q̃ facere malũ. Sed qui signis cõplacentiæ sese indicat libẽter detractionẽ audire, non facit malũ detractionis, sed vtitur malo detractionis alterius qui iam mẽte eã prẹconceperat. Ergo minus peccat quàm detrahens. ¶ Respõdeo ad primũ negãdo minorẽ, secũdũ Adri. 11. quodlib. Nam is propter cuius cõsiliũ vel gratificationẽ detractio fit, est causa principalis, & nõ tantum occasionalis. Illa enim dicitur causa occasionalis tantũ, quæ ad opus per se & directè nõ inclinat, sed alius ex ea sumit sibi animũ faciendi: sicut qui corripit malignũ, aut maliuolũ, est occasio & nõ vera causa, quare ille propter hoc deterius faciat: & qui varios dolos detestatur, est occasio tãtũ quare ali⁹ cũ opportunitas fuerit, ita subtilitate doli ꝓximũ decipiat. Ad ꝓbationẽ autẽ ex. 3. Eth. dico ꝙ solũ intendit dicere, ꝙ nõ potest sufficiẽtẽ excusationẽ habere pcti, is qui sic exterius fuit ad pctm allect⁹: nõ autẽ dicit ꝙ externa afferũt solã occasionẽ, & ꝙ nõ influũt vt vera causa ad talẽ effectũ. Itẽ negatur maior arg. Si in omni casu generaliter ĩtelligatur: nã solũ est vera cęteris parib⁹, & de occasione accepta, nõ aũt de occasione data. Nã occasio data habet verã rõnẽ causæ efficientis: sicq; causa occasionalis, per occasionẽ data deterius facit: qa duas aĩas occidit: q̃ solũ exequens aut faciens furtum: vt patet de alliciente ad furtum vel adulterium qui deterius facit, quàm ipse fur vel adulter.

Nota.

¶ Ad

¶Ad secundum respondeo etiam negando minorem. Quia qui sic se habet, vt in minore dicitur, non solùm vtitur malo alterius, sed & causam dat, & quodammodo inducit aliũ etiam paratum vt detrahat: sicut princeps ostendens sibi rem gratam fieri in relatione seu testificatione mendacij, iam ex hoc facit mendaces & impios omnes ministros ei gratificari cupientes. Proue. 29. Princeps qui libenter &c. Et Greg. 11. q. 3. ca. Præcipuè. vbi ait quòd principes tot mortibus digni sunt quot &c. Ergo. ¶Conclusio secunda. Omnis homo tenetur infamiam, opprobrium. & confusionem proximi prohibere quantum commodè potest. Quare omittens prohibere iniustum detractorem vel infamatorem ex timore probabili notabilis nocumenti suæ famæ vel rerũ non peccat. Omittens autem ne detractor ex hoc incitatus peiora dicat aut faciat, benè agit. Omittens verò ex negligentia seu timore leuis iacturæ famæ vel rerum, vel amicitiæ illius detractoris, ne eius gratiam perdat, néve ipsi indignetur: peccat aliquando quidem mortaliter, sæpius autem venialiter, si ex prohibitione detractionis sperabat fructũ aut dubitabat de vsus fructu, certus quòd talis prohibitio nihil esset nocitura, aut si ex leuibus coniecturis perdit spem fructus, putãs se nihil proficere. At verò omittens ex odio & vt proximus infametur peccat mortaliter, & detrahenti consentire videtur: non tamẽ incidit excommunionem latam contra ipsos detrahentes: nisi ipsa sentẽtia simul etiam cõtra consentientes, vel quomodolibet cum detractore in detractione participantes feratur. ¶Prima pars probatur. Tum primò quia ratiõe charitatis & iuris naturalis, quod tibi vis fieri &c. tenemur vt cõmodè possumus iniustum damnum proximi prohibere in rebus temporalibus. Exod. 23. Si occurreris boui inimici tui &c. Deuteroñ. 22. Ergo à fortiori in honore & in fama. vt ait Tho. 2. 2. q. 73. artic. 3. ad primum. & artic. 4. Et ibi Gaieta. Tum secundò idem probatur ex Psal. 14. Qui opprobriũ non accepit aduersus proximos suos. Vbi translatio Hebrea Hiero. habet, & opprobriũ aduersus proximum suum non sustinuit. Et Esa. 33. Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinẽ. vbi glo. Omnis iniquitas, oppresio & iniustitia, iudiciũ sanguinis est. Ergo, saltem signis displicentiæ tenetur quilibet indicare, id non licere mœrore & tristitia vultus. Prouerb. 25. Vẽtus aquilo dissipat nubes, & facies tristis linguam detractoris &c. Tum. 3. probatur idem

quia

Margin notes: Cõclu. 2. — 1 — 2 — 3 — 4 — 5

quia licèt olim inter docto. fuerit altercatio magna, an quilibet teneatur alium ab iniusta oppreſsione defendere, an ſoli iudices & prælati, aut in poteſtate cõſtituti, vt patet in glo. c. Error diſt. 83. & 22. q. 3. c. Non inferenda. & de ſenten. excom. c. Quantę. tamen communis & vera doctorum ſententia habet quòd quiſque tenetur à ſocio iniuriam repellere, ipſumq; vt cõmodè poteſt defendere, vt innuitur in dict. c. Quátę. & expreſsius in. c. Dilecto. de ſenten. excom. lib. 6. vt de hoc etiam latius Medina. de reſtit. q. 25. agit. Ergo quilibet ad id tenetur (vt ait prima pars) ratione charitatis & iuris naturalis, Quod tibi vis fieri &c. Illi autem qui ſunt in poteſtate conſtituti, quales ſunt habẽtes curam ipſius detrahentis, aut boni communis, aut ipſius cui detrahitur, tenẽtur ſpecialiter ad id ex officio: ex quo ſpecialiter tenẽtur curare bonũ ſpirituale aut tẽporale illorũ, quorũ curã habẽt, aliqñ ſub mortali aliqñ ſub veniali pctõ, ſecũdũ regulas iuſtitiæ & fraternę correctionis, vt de his habetur latius ſuprà. mẽbro. 2. q. 3. concl. 3. &. q. 2. concl. 7. & concordat Gaieta. 2. 2. q. 73. art. 4. & Adri. 11. quodlibeto. ¶ Secunda pars, ſcilicèt quòd omittens prohibere detractorem ex probabili timore notabilis nocumẽti nõ peccat, probatur vbi ſuprà. membro. 2. q. 2. conclu. 6. Quia nullus tenetur incurrere tãtam neceſsitatem, vt ſuccurrat æquali neceſsitati alterius. Vide ibi. ¶ Tertia pars probatur vbi ſuprà mẽbro. 2. q. 2. conclu. 4. &. 5. proportionabiliter vt de correptione fraterna ibi dictum eſt. ¶ Quarta pars, ſcilicet omittens verò ex negligentia &c. patet ex ſuprà dictis membro. 2. q. 2. concluſi. 4. &. 5. 8. & 9. Et inſuper Adria. 11. quodlibeto dicit id eſſe verũ, etiam ſi ſimul concurrat, quòd detractor prohibitus deteriora dicturus eſſet. Tunc enim omittens prohibere illum ex negligentia, aut ex alio fine indebito peccat, vt habetur in hac quarta parte cõcluſionis, ſicut qui ex indebito fine omittit id ad quod aliàs non tenetur, aut agit aliàs licitum: putà ſi non dat eleemoſynam ei cui ob futura eſſet non peccat, quia non dat, ſed quia ex malo ſeu indebito fine, putà ex odio omittit: ſic in propoſito. Quod ego intelligo ſi principaliter ex tali timore omittit: ſecus ſi minus principaliter, aut ſi ex vtroq; fine ſimul, ſcilicèt ne detractor peiora dicat, & ex timore leui omittat: ſic tamen quòd non omitteret aliàs ex tali timore, ſi ex prohibitiõe detractionis aliquem fructũ ſperaret, aut deterius quid probabiliter non timeret, vt patet ex

ſuprà dictis in locis in ſecundo membro ſuprà allegatis. ¶ Quinta pars, ſcilicèt, at verò omittens ex odio &c. patet quòd peccat etiam grauius ipſo detractore, propter odium admixtum conſenſui & cõplacentiæ detractionis, ſecundũ Tho. vt ſuprà concluſi. prima, habetur. Quòd etiam conſentire & participare detrahenti videatur, patet ex cap. Dilecto, de ſentent. excommuni. lib. 6. vbi ſic habetur. Cum liceat cuilibet ſuo vicino vel proximo pro ipſius iniuria repellenda ſuũ auxilium impartiri, imò ſi poteſt & negligit, videatur iniuriantem fouere, ac eſſe particeps eius culpæ. Ergo. Quòd tamen non incidat ex communionem latã &c. patet, ſecundum communiter doctores, vt etiam refert Silueſt. titu. Excommunicatio. 8. nota. 3. dubio primo & tertio, & excõmunicatio vltimo, dubio quarto. Licèt Adria. vbi ſuprà teneat in diſtinctè quòd incidit in ſentẽtiam latam contra detrahentes: ſicut ſecundum communiter doctores, ille etiam incidit excommunionem à canone latam, contra percutientes clericum, qui dolo omittit prohibere clerici percuſsionẽ, vt clericus percutiatur, vt habetur in ca. Quantæ. de ſenten. excommunica. Sed certè opinio Adria. quo ad non prohibentem detractorem non valet: neque eſt ſimile de non prohibente percuſsionem clerici. Quia de omittente doloſè prohibere clerici percuſsionem eſt ſpeciale Indic. ca. Quãtæ quod non eſt trahendum ad conſequentiam in alijs, vbi id iure cautum non eſt, ideò ſtandum eſt concluſioni præfatæ. ¶ Ex omnibus ſuprà dictis patet ꝙ audiens de tractionẽ, & nõ prohibens, minꝰ peccat, cæteris paribus, quàm ipſe detractor: niſi detractioni cauſam dederit. Et quia frequẽter ex circũſtantijs dubiũ eſt, an gaudenter detractionẽ audiẽdo, ſine triſticia vultus, detractioni cauſam dederit an nõ. Ideò propter hoc dubiũ facti videtur Ber. li. 2. de cõſidera. ad Eugenium dixiſſe detrahere aut detrahentẽ audire, quid horum dãnabilius ſit non facilè dixerim. Concordat Adria. vbi ſuprà. ¶ Si contra prędicta & præcipuè contra primam partem concluſionis arguatur. Primò quia nemo de opere alieno rationẽ redditurꝰ eſt in iudicio diuino, ſed de proprio. 2. Corinth. 5. Omnes nos manifeſtari oportet. Et in Symbolo Athanaſij, Reddituri ſunt omnes de factis ꝓprijs rationem. Nunc autem detractio eſt opus non audientis ſed alterius detrahẽtis: ergo auditor non reddet rationem tanquàm de de ſuo peccato. ¶ Reſpondeo negando conſequẽ. Nam licèt de

alterius

alterius detractione auditor rationem non reddat: quia est opus alterius: bene tamen reddet de auditione detractionis, quæ fuit illius causa: & de omißione prohibitionis peccati alterius: hæc enim sunt opera nostra. Facit Hiero. in epist. ad Neopotianum. & in Psal. 49. Sedēs aduersus fratrem tuū loquebaris &c. Quòd si replicetur quòd sicut videre crimen alterius, non est culpa vidē tis alterum peccare (vt patet.) ergo nec similiter est peccatum audire detractionē alterius. Respondeo quòd videre & audire simpliciter nō est peccatū: sed videre & audire causaliter, idest dādo causam peccato aut in eo cōplacēdo: aut nō ꝓhibēdo, cū cōmodè potest, vt patet. Esa. 33. ¶ Secundò, arguitur ad idē, quia Eccl. 4. Nō cōtradicas verbo veritatis. Ergo verè detractioni proximi nō est resistendū. ¶ Respōdeo negādo consequentiā. Nā qui detractionem prohibet non contradicit veritati, sed vicio dicentis veritatem, aliter quàm conuenit, vel vbi non conuenit. ¶ Quòd si replicetur, quòd ex detractione vel infamia patienter accepta meritū accedit. Ergo sicut nos poßumus patienter ad meritum nostram infamiā ferre & sic nō eam prohibere: itā similiter & infamiam proximi, quia nō magis proximo tenemur quàm nobis. ¶ Respōdeo secundū Tho. 2. 2. q. 73. art. 4. negādo cōsequētiā & simile. Non enim est eadē ratio. Nam nostræ famæ bonorumq; nostrorū dominiū habem⁹: ideò nisi necessitas vel vtilitas obstet proximorū, vtique ad nostrū meritū poßumus eorū iacturā pati. Famæ autē & bonorū ꝓximi dominiū nō habemus: ideò eo inuicto illorū detrimentum pati aut permittere ad eius meritū non poßumus: maximè cū nec ipse sic inuictus mereri velit: sed neq; est meritū aut patientia eius, qui suæ famæ atq; bonorū detrimētū patitur inuictus. ¶ Tertiò argu. ad idē. Quia infamia & omne malū pœnæ Deo permittēte fit, aut eo sic disponente, vt patet. 2. Reg. 16. Dimittite vt maledicat. Dn̄s enim præcepit ei &c. idest, permisit secūdū glo. ibidē. Deus enim nemini pręcipit malè agere. Eccl. 15. idq; De⁹ permittit ad purgationē aliquorū p̄cōrū vanæ glorię & huiusmodi, vt habetur. 6. q. 1. sunt plurimi. &. 1. Corint. c. 11. Cū iudicamur. s. his plagis, à Dn̄o corripimur, vt nō cū hoc mū. dā. Nūc aūt volūtati Dei resistere nō licet. 2. Reg. 16. & quis est qui audeat dicere cur hoc facis? & Actu. 5. Ne fortè si ex Deo est, ipsi repugnare videamur: neque vtilitatem proximi ex tali infamia secuturam, & à Deo intentam impedire debemus.

Ergo detractionem & infamiam proximi à Dei voluntate profectam, ad vtilitatem proximi à Deo intẽtam, non debemus impedire. ¶ Respondeo secundum Adrianum, vbi suprà, quòd minor est vera, solùm quãdo constat de volũtate & dispositione Dei determinatè & absolutè volentis quòd quis ad certum tempus sic patiatur vel puniatur: quia tunc eius voluntati etiam permissiuè resistere nõ licet. Ideò Christus prohibuit defensionem Petri tempore passionis dicens, Conuerte gladium tuum in vaginam &c. quia certò sciebat voluntatem patris, vt pro mundi redemptione tunc pateretur. Neque ex hoc sequitur quòd debemus peccare, conformando nos Dei voluntati permissiuè. Non enim Deus vult peccatum fieri, licèt id permittat: cum nobis præcipiat non peccare: sed Deus vult nos pati tale malum pœnæ ab eo permissum, etiam per peccatorem infligi: quando (vt dictum est) nobis de tali Dei constat voluntate. Et hoc solùm probatur. 2. Reg. 16. & Actu. 5. vbi suprà. At verò vbi non satis nobis constat de Dei voluntate aut dispositione quo ad futurum (quamuis de eius constet voluntate beneplaciti, quo ad præsens, per existentiam facti, quia scilicèt sine eius voluntate esse non potest, & si est ipso volente est tale malum pœnæ, seu tale factũ) tunc non solùm licet, sed & in multis resistere & repugnare tenemur. Quia an Deus velit procedere vlterius & tale malum permittere ignoramus. Vt patet in medicatione corpori adhibenda in ægritudine graui, & pro liberatione innocentis, quem tamen Deus vult tandem occidi pro releuanda pauperum fame & penuria, pro necessitatibus alijs, quibus Deus tandem vult non esse subuentum, secundum communiter doctores in primo distincti. vltima. Sic in proposito. Si constaret Deũ determinatè & omnino velle, vt quis pateretur infamiã, frustrà nos opponeremus ad impediẽdum: cum impossibile sit talem Dei voluntatem beneplaciti non impleri. Quãdo verò nõ satis cõstat (id quod regulariter fit) de tali Dei volũtate, tenemur infamiæ proximi occurrere, vt dictum est, etiam si ex tali infamia ipsi meritũ aut vtilitas aliqua (Deo misericorditer ex nostris malis bonũ eliciente) proueniat. Quæ tamen vtilitas secutura nobis etiam valde incerta est: cum certi simus ipsi detrahenti detractionem cedere in peccatum & alijs in perniciem exempli. Ideò illa minor argumenti simpliciter neganda est.

¶ Con

¶Conclusio tertia. Quicũq; dat causam detractioni requirendo, instigando, aut signa futuræ gratificationis exhibendo, propter quæ detractio verisimiliter futura est, tenetur ad famæ reparationem: quam sic causaliter læsit. Alij autem detractionis auditores, eamque non prohibentes non tenentur ad damni reparationẽ. *Conclusio tertia.*

¶Prima pars probatur, secundum Adriañ. vbi suprà. Quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. Et qui est causa iniustæ damnificationis bonorum temporaliũ alterius tenetur reparare quãtum sic causaliter læsit, secundũ. c. fi. de iniur. & dam. dato. Si culpa tua damnũ illatum est, iurè te satisfacere oportet. Sicut etiam communiter dicitur à doctoribus, de eo qui cum fure concurrit consulendo, inducendo, vel ita consentiendo, quòd mouet eius animum vel auget vel confirmat, ad furandũ vel damnificandũ, etiam si ob aliã causam esset furaturus, vel damnificaturus certè restituere tenetur, vt etiam de hoc pulchrè agit Medina de restitutione. q. 7. q. 8. Ergo similiter in proposito, prædictis modis cum detractore causaliter concurrens, ita ꝙ eius animum ad detrahendum mouet, auget vel confirmat, tenetur reparare, vel facere quòd detractor famam iniustè læsam reparet sufficienter. ¶Si obijciatur quòd ex complacentia vel consensu ad damnificationem proximi non obligatur quis damna reparare, non enim furatur nec occidit qui gratum sibi ostẽdit esse furtum vel homicidium, licèt peccet. Ergo. ¶Respondeo secundum Adrianum. vbi suprà quòd antecedens est verum, solùm quando signa complacentiæ vel futuræ gratificationis non dant causam vllo modo damnis huiusmodi, mouendo animum damnificãtis, vt dictum est. Ideò complacentia & gratificatio Iudęorum in hoc quòd Hærodes occideret Iacobum fratrem Ioannis gladio, causam dedit, quare voluit etiam apprehendere Petrum. Actuum duodecimo capitu. Sic & princeps qui libenter audit verba mendacij, causa doli & mendacij suorum ministrorũ est ei gratificari volentiũ. Prouerb. 29. Sic & qui libenter obscœna audiunt illisq; delectantur, sunt causa scurrilitatis eorũ, qui talia dicunt & faciũt, vt illis placeant. Sic etiam ex his patet periculum atque damnatio eorum, qui alios inducunt, vt aliorum occulta crimina referant, interdum sub pollicitatione, quòd ipsi nulli alteri referent: eorum etiam qui mittunt ad inquirendum & scrutandum aliorum occulta, vt ipsi per eos sciant.

¶Secunda pars, quòd scilicèt, alij auditores non tenentur, patet. Quia etiam si grauiter peccet qui ex odio aut maliuolentia detrahentem omittit prohibere, cum possit: tamē ex quo nullo modo est causa detractionis, aut damnificationis, ergo non tenetur reparare. Sicut neque restituere tenetur, qui dum potuit, noluit dolosè furtum prohibere: si tamen ad id aliàs ex officio nō tenebatur secundum Thom. secunda secundæ. q. 62. articu. 7. & cōmuniter doctores. Et si arguatur quòd si illi qui sunt in potestate constituti, tenentur damnificatis restituere, si non prohibent furta & huiusmodi. Ergo similiter omnes alij. ¶Respondeo negando cōsequētiā. Quia, vt dictū est, illi tenentur ex officio, vel quia stipendio sunt ad id conducti: ideò contra iustitiam dolosè id omitterent: non sic alij qui lege duntaxat charitatis tenentur damnis proximi obuiare. Proinde si cū commodè possint, non obuiant, peccant quidem, sed damna reparare non tenentur.

SEQVVNTVR ANNOTATIONES SVPRA DICTI PATRIS FRATRIS ANTONII CORDVBEN. ORDINIS MInorum, in tractatum de secreto magistri Soto ordinis Prædicatorum.

MEMBRI PRIMI Q. II. Annotationes.

IN membro primo.q.2.concl.3.fo.7.in probatione secundæ,& tertiæ partis ait doctor ex bea.Tho.2.2.q.73.artic.3.q̄ vita est maius bonum quàm fama: & fama quàm diuitiæ: idq; ex genere suo. Et in hoc concordāt cum eis Adria. in.11. quodlib.& Gabriel in canon.lect.74.P. & cōmuniter docto.Neq; ab eis dissident Richard.& Nico.Lyr. dicentes, quòd fama est quid præciosius inter temporalia:& cōputatur inter maiora bona hominis citra virtutes. Quod intellige inter maiora bona hominis temporalia, quæ ab homine possidentur, vt vbi suprà ait Gabrie.Item, vt ibidem doctor optimè tangit, id adhuc intelligitur absolutè seu ex genere suo. Nā in indiuiduo rōne circūstātiæ, magnitudinis, aut sequellæ & huiusmodi, potest excedere, esseq; maius bonum magnarum diuitiarum, quàm modica fama seu honor alicuius,& per cōsequens tunc earū detrimētū erit maius magisq; cauendum, quàm modica læsio famæ, vel etiam salutis corporalis. Et hoc idem est attendendū in omnibus cōparabilibus. Nam & maius est detrimentum vitæ corporalis, quàm alicuius boni spiritualis non necessarij, putà quàm alicuius orationis, contēplationis aut indulgentiæ quæ pro salute corporali saltem ad tempus postponenda sunt: licèt ex genere suo spiritualia corporalibus præstent.

Quæstio secunda. *Math.18.*

¶Ea.q.2.conclu.4.fo.8.vbi doctor ponit quinq; gradus secretorum not. quòd secundus gradus est de secreto publico, quod sci-

licèt ratione officij seu actus publici, quis celare tenetur, vt ex paulò superius dictis, ibidem patet. ¶Item in quarto gradu est, quando quis committit alteri secretum non data fide explicitè, sed tacitè. Quando scilicèt, illi alteri volenti illud audire, non diceret, nisi sciret esse occultandum, ac si sub data fide expressè committeret. Id quod ex ipsa materia & modo dicendi potest probabiliter cognosci secundum Sco. in. 4. distinct. 21. & communiter docto. Item in quinto gradu reponitur quod quis visu aut relatione alterius secretum nouit: modò id sibi tantùm notum sit: modò etiam alijs paucis, per quos iudicialiter probari posit, interim tamen manet secretum inter eos. ¶Et quod ibi dicit doctor, quòd secretum illud est seruãdum de honestate naturali seu morali: non vult dicere quòd de consilio, sed quòd de lege aut dictamine legis naturalis: quæ aliquãdo dictat de consilio aliquã do de præcepto, vt patet ex dictis ab eodem doctore suprà. q. 1. secundum Thom. 2. 2. q. 80.

¶Ea. q. 2. in responsione ad primum argumentum principale. fo. 9. quomodo scilicèt Christus in cœna reuelauit secretum peccatum Iudæ: dicens, Ioan. 13. Vnus vestrum me trad. & Matth. 26. Qui intingit manum mecum in parapsyde &c. Not. quòd vltima responsio doctoris ibi posita est optima, & consona sacris expositoribus illius loci, & ei concordat Adria. in. 11. quodlibeto in responsione ad quartum argumẽtum, quòd scilicèt ibi Christus non reuelauit peccatum occultum præsens, quod Iudas habebat in animo: sed prænunciauit futurum, idque ex causa (vt ibi dicit doctor) sicut & scandalum proximè futurum Petri & Apostolorum. ¶Adde quòd etiam si sola fuisset peccati occulti reuelatio, non erat sic illud peccatum occultum, quin statim esset ipso facto manifestandum. Nam & iam incipiebat fieri publicũ: quod & ipsis tantùm peccaturis reuelabatur, quæ reuelatio aut prænunciatio locum habebat præmonitionis eorum, qui simul futuri erãt in culpa. ¶Vnde & in simili casu nos etiã similiter facere possumus, vt Christus fecit, causa præmonendi proximũ de peccato suo occulto futuro, vt caueat. Nam (vt etiam ait Aurea Rosa super euangelia, in tertia feria post tertiam dominic. in. xl.) quando peccatum futurum secretum est tale, quòd ex eius prænunciatione nulla sequitur alicui infamia (putà si ego scio aliquod periculum vel infortunium imminere Petro, qui nũc bo-

nus est vel etiam qui nunc occultè est malus, sed in bona habetur æstimatione: qui & non credit tale sibi periculum imminere: tunc licitè possum tale peccatum periculumq; futurum ipsi vel etiam alijs, qui ei prodesse & nō obesse credantur, vel ex alia iusta & rationabili causa prænunciare. Quando verò ex tali prę-nunciatione infamia proueniret: tunc non nisi sicut correptio fraterna præuia monitione faciēda est, vt latius doctor prosequitur in secundo membro. Faciunt etiam ad suprà dicta ea quæ habentur membro secundo.q.4. in responsione ad primum argumentum principale. Ideò iurè reijcitur à doctore prima respō sio ibi posita ex Nico.Lyr.& Gabriele.in cano.lect.74. V.similiter & secunda responsio ibi posita ex beat. Tho. Nam & repugnantia videtur dicere publicū mihi, id quod mihi tantùm etiā euidenter notum est. Nam publicum notitiam dicit aliorum de tali re. Alioqui etiam iudex posset vt publicum reuelare iudicando & puniendo, id quod ipse solus euidenter nouit. Ideò in prædicta tertia responsione doctoris standum est. Item in responsione doctoris ad tertium argumentum principale eiusque confirmationem concordat expressè Adria. in.11.quodlibeto, in responsione ad primum argumentum principale.

¶In.q.3.conclu.3.in confirmatione quinti argumenti. fo.13. doctor duo dicit: primum, ꝙ per opera pęnitētię non licet minuere vitam. ¶Not.ꝙ hoc est verum maximè quando per tales pœnitentias homo incideret notabilē ægritudinē, quæ sensus integritatem aut mentis puritatē impediret: aut vitam notabilter abbreuiaret sine vllo alio remedio, vt latè probat clarissimus doctor Medina magister meus de ieiunio.q.17.& sic credo sensisse doctorem, vt à difficultatibus impertinentibus se breuiter expediret. ¶Secundum dicit ibidem in probatione falsitatis consequentis, quòd scilicèt per graues & publicas pœnitentias ab ipsis pœnitentibus spontè assumptas, aut à sacerdotibus, vt olim fieri solebat, iniunctas, quodammodo infamantur ipsi pœnitētes. ¶Vbi no.ꝙ id nō semper contingit, neq; talis pœnitētia de se infamatoria est: cū tales pœnitētes ex multis alijs causis rationabilibus, & ex sua deuotione, (sicut multi sancti & eremitę fecerunt, eam agere aut pati possent, etiā ad sacerdotis iniūctionem: licèt in genere pro suis peccatis eam agere pœnitētiam fiteantur, vt hoc etiam ait Medina de confessione.q.54.

Quæstio tertia

¶His tamẽ non obstantib⁹ benè stat ꝓceditq; ratio doctoris intenta, quòd scilicèt propter bonum virtutis etiam supererogatoriè licitũ est minuere, & postponere famam, vt ibidem in.5.arg. &.6,&.7. habetur. ¶ Et ipsa tertia conclusi. doctoris mihi videtur vtiq; vera, alioqui mortaliter peccaret qui metu tormentorũ, citra scandalum & citra periculum vitæ & notabile prẹiudicium tertij, seipsum tantùm verum vel falsum crimen confitendo infamaret: quod absit, vt suprà in.4.membro.q.3.conclu.14.dubio secundo latè probatum est.

¶Ea.q.3.fo.14. post septimam concl. ante respõsionem ad argu. pro complemento istius materię dubitatur, vtrum peccator occultus teneatur aliquando se infamare reuelando suum crimen occultum: aut faciendo vnde reueletur: putà seruando censuram ecclesiasticam propter tale crimen inflictam: aut implendo præceptum legis aut superioris? ¶ Ad quod respondeo per.4.dicta. Primum dictum est, quòd peccator per accidens occultus qui scilicèt exterius egit id propter quod excõmunicatio ipso facto inflicta est, etiam si solus ipse id sciat benè incidit excommunionem secundum communiter doctores. Si autẽ in solo corde peccauit: tunc sunt opiniones prò & contrà de quibus pulchrè satis Medina de oratione.q.19. ibi videantur. ¶ Secundò dico quòd nullus peccator occultus in solo corde incidit alias censuras ecclesiasticas irregularitatis, suspẽsionis, & huiusmodi, excepta excommunione, de qua iam dictum est, & in hoc omnes docto. concordant. ¶ Tertiò dico, quòd propter crimen exterius cõmissum vel ostensum quomodocunq; occultũ, ita quòd de eo nõ est quis iudicialiter cõuictus aut cõfessus aut publicè infamatus: nullus incidit cẽsuras suspensionis vel irregularitatis: & hoc quando tale crimen non impedit ordinis executionem, post actam pœnitentiam de eo, id est quando propter id talis censura ipso facto inflicta non est. Et in hoc non est dubium. Benè autẽ illas censuras incurrit, si propter id ipso facto inflictæ sunt: etiam si sit tale crimen sic occultũ, quòd sibi soli notum sit, secundum cõmuniter doct. & Panor. in ca. ex tenore, seu vt alibi habetur in ca. ex literarum tenore. de tempo. ordin. & ca. fi. quæsitum. eo. tit. &. c. inquisitionis. de accusa. & Turrecremata in dist.50.c. de his, el.2. & glo. in dict. ca. quæsitum. & in. de symonia. ca. Accusatum. ca. Tanta. ca. Matthęus. ca. Ex tuę. & Siluest. tit. Homicidium.3.q.8. titu.

titu. Crimen.q.2.q.5.titu. Dispensatio.q.7.quanuis Sum. Ange. titu. Homicidiũ.5.q.1.& doctissimus Castro. de lege pœnali. lib. 2.ca.vlt.conclu.3. secundum Archidiaco. & alios quosdam doctores aliter dicant, vt nos latius de hoc egimus in nostro quęstionario.q. Ibi Deo dante impressum videbitur, nam annotationum angustia illam dilatationem non patitur. ¶Quartò dico ad propositum dubiũ respondendo, quòd non obstantibus suprà dictis in casu quo probabiliter timeretur cuiuscunq; & quomodocunq; occulti peccati reuelatio ex talium censurarum etiam excommunicationis obseruantia (putà ex non ministrando in ordine vel officio iam habito) tunc bene licèt ministrare, ac si dicta censura quis ligatus non fuisset: idq; durante prædicto discrimine duntaxat: neq; propter hoc incurritur peccatum aut censura aliqua. Dum modo talis occultus criminosus seu tali censura ligatus, non sit in mora petendæ absolutionis vel dispensationis ab eo qui absoluere vel dispẽsare potest. Et dum modo aliàs non teneatur seipsum prodere ad cauendũ graue damnum tertij, seu aliud peccatum mortale suum, quod nisi se prodendo cauere non posset, vt de hoc latius habetur membro.2.q.6.conclu. 3.& in responsione ad primum & secundũ argu. principale eiusdem quæstionis, & infrà in his Annotationibus super ipsa loca: tunc enim si aliàs se prodere teneretur, etiam tenetur seruare prædictas omnes censuras etiam cum discrimine famę suæ: aliàs nõ, vt dictum est. Et in hoc quarto dicto concordat doctissimus Castro de.l.pœnali.lib.2.c.15.concl.2. &.3. licèt quo ad tertiũ dictũ suprà positum dissonet, concordat & glo. in dist.25.ca.fi. & dist. 50.ca. De his el.1.el.2. & communiter doctores. & Couarruuias in tractatu de remedio aleatorum.3.part.ca.9.

ANNOTATIONES IN membrum secundum.q.1.

Quæstio prima.

IN membro 2.q.1.fo.15. vbi triplex crimen occultũ doctor distinguit no. quòd est quoddam occultum per se: qualis est actus animæ interior, qui nullo sensu percipi potest, de quo in Annotatione præcedẽte secundum Medina. de oratione, habetur an sub Ecclesiæ cadat potestate. Sed quia huiusmodi occultum, nõ est

est ad propositum materiæ præsentis, ideo prudẽter doctor omisit. ¶ Est aliud occultum per accidẽs, quod scilicèt sensu exteriori percipi potest, quãuis à nemine videatur aut sciatur: qualis est actus exterior occultus. ¶ Et hoc potest esse tripliciter occultum. ¶ Primo modo seu in primo gradu & simpliciter occultum (vt ait doctor) est quod legitimè probari non potest, quamuis id sciat vnus alius vltra ipsum criminosum, vt in. c. Nostrum, vt ecclesiastica benefi. sine dimi. conferan. & de his non est iudicium humanũ iudiciale seu cõtentiosum, quod per allegata & probata procedit: sed eorum punitio soli Deo reseruatur. 6. q. 1. c. si omnia. & c. 2. q. 1. Si peccauerit. & distin. 32. c. Erubescant. & de symonia. c. Tua nos. Vtrũ aũt. l. ecclesiastica posit super hæc occulta dico quòd sic, vt suprà in annotatione præcedente, membro primo. q. 3. secundum Medinã dictum est. ¶ Secundo modo occultum seu in secundo gradu quod ab alijs dicitur penè occultum, est quod per paucos inter quos adhuc secretum vel occultũ manet iudicialiter, & legitimè probari potest, vt hic ait doctor, etiam si id fiat in præsentia quinque hominum, vt de pœn. dist. 1. §. hoc secreta ver. Non sunt hoc, secundum Specu. titu. De notorijs criminibus. & glo. de ver. Non sunt. c. Quis aliquando. & Adri. in. 11. quodlibeto, in primo supposito. ¶ Tertio modo seu in tertio gradu occultum est (vt hic doctor dicit) quod aliqua tergi versatione celari potest, licèt laboret infamia: quia nullo modo notorium est. ¶ Item nota quòd notorium iuris est duplex, alterum præsumptum, vt patet in. c. Per tuas. de probatio. & in. c. Vestra. de cohabita. cleri. & mulie. Alterum notoriũ iurisverum: & est quando iudicialiter ita manifestè probatum est, quòd nulla tergiuersatione negari potest, vt bene ait doct. Et quo ad notorium facti etiam not. secundum Specu. titu. de notorijs criminibus. & Panor. in. d. c. Vestra, quòd ad notoriuui facti secundum ius requiritur præsentia, saltem decem hominum, vt hoc etiam refert Adri. de Eucharistia. q. penult. Sed fortè consuetudo alicubi habet oppositũ, ꝙ scilicèt sufficit vt nulla tergiuersatione celari posit, quin communiter iam sciatur: licèt in paucorũ præsentia id factum sit: vt sæpe in conceptibus adulterinis prius quidem occultis, postà verò notoriè manifestis contingere solet. Et not. etiam quòd id quod fuit aliquando notorium, potest effici occultum, putà si omnes illi coram quibus erat notorium moriãtur.

de his

De his etiam occultis secretis & publicis multipliciter acceptis, habetur suprà membro primo.q.1.in principio. &.q.2. conclusione quarta.

¶ Ea.q.1.fo.18.vbi doctor refutat distinctionem Archidiaconi in c. Si peccauerit. 2.q.1.dicentis quòd quatenus correptio ordinatur ad exemplum aliorum, est opus iustitiæ &c. nota quòd eius distinctio potest fortè saluari, dicendo quòd correptio quæ fit ad prouidendum bono communi aut ad aliorum exemplum, elicitur formaliter à iustitia legali inclinante specialiter ad bonum commune, vt ad finem proprium: licèt materialiter & essentialiter pertineat ad misericordiam, vt ibi dicit doctor. Correptio verò quæ præcipuè fit ad prouidendum honori Dei, formaliter & immediatè pertinet ad charitatē Dei, seu ad zelum honoris Dei à quo elicitur: licèt materialiter sit opus misericordiæ imperatum à prædicto zelo Dei seu charitate. Et videtur concordare bea. Thom.2.2.q.33.articu.1.

¶ Ea.q.1.concl.1.fo.18.vbi optimè doctor probat correptionem fraternam esse sub præcepto naturali & diuino, nota quòd glos. in.2.q.1.ca. Si peccauerit, dicens: Quòd quo ad peccata præterita videtur hęc correptio necessaria solis pręlatis, q ex officio corrigere habent: intelligitur de correctione iudiciali seu punitiua: alioqui falsa esset illa glos. & sic doctor optimè illam saluat, & intelligit infrà eo.membro.2.q.2.concl.2. sicut & hic Innocentium liberat à Panor.calumnia.

¶ Ea.q.1.conclu.2.fo.19. not. quòd quo ad primam probationē ipsius conclusionis etiam facit Augu.de verbis domini. Et habetur.23.q.4.ipsa pietas, dicens. Si neglexeris corripere, peior es ipso peccāte.& glo.super id Matth.18.Si peccauerit in te &c. dicēs. Ita peccat qui videns fratrem suum peccare tacet, sicut qui pęnitenti non indulget. Nam qui dixit, si pœnitet dimitte: præmisit quoque, Si peccauerit, increpa: ne sit difficilis venia, nec indulgentia remissa.

¶ Ea.q.1.conclu.1.&.2.si cōtra eas arguatur. quòd illa quæ solùm obligant in casu necessitatis, non sunt simpliciter præcepta, sed cōsilia, sed correptio fraterna obligat solùm in casu necessitatis, vt patet in hac.q. & sequentibus. Ergo non cadit sub præcepto simpliciter: sed sub consilio. Consequentia patet cum minore, & maior probatur. Quia alioqui cōfunderemus præcepta affirmatiua

matiua cũ cõsilijs: vocãdo pręcepta omnia cõsilia, quę pro tẽpore tantũ necessitatis obligant: sicq; diceremus consilia sicut & præcepta affirmatiua charitatis eodem modo obligare: non quidem pro semper, sed semper ad habendum animi præparationẽ pro suo tempore necessitatis. ¶ Respondeo negando maiorem & eius probationem. Quia licèt consilia cum aliquibus præceptis charitatis conueniant in hoc ꝙ non nisi in casu necessitatis obligant: quia tunc materia consilij ratione talis circunstãtiæ aduenientis transit in præceptum: distinguntur tamen penes hoc quòd scilicèt materia consilij simpliciter & regulariter non habet talem circunstantiam annexam, neq; est necessaria ad salutem, qualis est virginitas: martyrium, paupertas, benefacere omnibus absolutè & huiusmodi. Materia autem præcepti cum suis circunstantijs, sub quibus & non aliter præceptum fertur, est necessaria de lege. Stat autem ꝙ eadem circunstantia necessitatis, quę est propria conditio, materiæ alicuius præcepti: putà de confitẽdo fidem Christi in necessitate aut de subueniendo proximo in necessitate corporali vel spirituali, adueniat alicui consilio. Et tunc quæ erat materia simpliciter consilij, transit in materiam præcepti: & consilium similiter tunc transit in præceptũ: quia & semper fuit obligatio ad talem materiam, sic qualificatã pro tali tempore necessitatis: & ideò consilia dicuntur secundum animi præparationem semper obligare pro tempore necessitatis. ca. Paratus. 23. q. 1. & Thom. 1. 2. q. 108. art. vltimo. ad vltimũ. ¶ Igitur conceditur quòd ratione necessitatis consilia tunc transeunt in præceptum, quodq; non nisi in necessitate obligant, negatur tamen quòd illa solùm non nisi in necessitate obligant. Nã & multa præcepta charitatis ad proximum obligant, non nisi in ei⁹ necessitate corporali & spirituali subuenire: neq; propter hoc præcepta cum consilijs confunduntur, vt ex supràdictis liquidũ est. Et concordat Adria. in. 4. de correptione fraterna, in responsione ad tertium argumentum principale. Tandem semper hoc manet verum, quòd in casu necessitatis correptio fraterna est de præcepto, vt doctor optimè probat.

¶ Ea. q. 1. conclusi. 4. fo. 20. not. quòd secundum Tertullianum de præscrip. hæreti. & Theophylact. super Matth. 18. & super id. 1. Corinth. 5. Si quis frater nominatur in vobis &c. & Aug. de ver

bis

bis domini sermone.16. Ordo correptionis euãgelicę Matth.18. Solum pro fidelibus est in præcepto Christi ibi dato, qui dicuntur propriè fratres euangelici. Non autem pro aut cum infidelibus neq; cum hæreticis pertinacibus: quia isti non dicuntur fratres euãgelici, licèt sint fratres natura idest proximi. Nam & ideò correptio euangelica in qua scilicèt seruatur ordo euangelicus in correptiõe, dicitur correptio fraterna Matth.18. Si pecca. inte fra. tuus &c. Et ad idem videtur Inno. in ca. Nouit. de iudicijs & expressè concordat doctissimus Castro de punitione hæreticorum li.2.ca.25. Et de hoc etiam latius habetur infra. in annotatione super. q.4. conclu.2. huius membri secundi.

Quæstio secunda.

¶In.2. conclu.2. fo.22. vbi doctor cum glossa. in. c. Si peccauerit. 2.q.1. tenet quòd super peccato omnino præterito nõ cadit correptio euãgelica, sed denunciatio, accusatio vel inquisitio & correctio seu punitio iudicialis: cum eo concordat Siluester. titu. Denunciatio. q.1. & Sum. Ange. eo. titu. §.1. licèt Siluester mordeat Angelum faciens vim in vocabulo, cum tamẽ in re conueniant. Sic etiam saluatur & concordat glossa in. ca. hoc videtur. 22.q.5. licèt Gabriel in cano. lect.74. & Adri. de correp. frater. aliter intelligentes illam glossam reprobent.

¶Ea. q.2. conclu.2. & fo.22. no. quòd doctor optimè exemplificat ibidem de oculi petulantia & suspectis familiaritatibus secũdum August. in sua regula canone.38. & .40. Gabriel autem in cano. lect.74. E. exemplificat de tactibus impudicis putà osculis & amplexibus libidinosis: dicens quòd sunt venialia ex se seu ex genere suo: sed disponunt de propinquo ad mortale ratione connexionis cum mortali. Quod dictum (vt sonat in rigore) videtur accedere ad opini. erroneam Martini de temperãtia. q.25. quæ communiter reprobatur & præcipuè per Gaieta. 2.2.q.154. arti. 4. nisi sano modo intelligatur: sic scilicet quòd oscula & amplexus absolutè ex genere suo non sunt mortalia: sed ex ordine & connexione quam naturaliter habent ad mortale: si sint impudica sunt mortalia. Ideò simpliciter & absolutè amplexus & oscula impudica & libidinosa vtique sunt mortalia: quia simpliciter à natura talem ordinem habent ad peccatum mortale.

¶Ea. q.2. & conclu.2. & fo.22. not. quòd cum respõsione doctoris ad glossas ibi allegatas in argu. expressè concordat Adrian.

de

de correp. fraterna. & insuper dicit, quòd qui peccat in Deum, peccat etiam in nos: quia Deum patrem omniū nostrumq; summum bonum offendit, qui etiam nobis est melius bonū quàm ipsi nobis. Vnde & propter peccatum vnius, aliquando communitas iustè punitur à Deo, quando tale peccatum publicum permittitur, vt de hoc Adria. in. 12. quodlibeto latius agit. ¶ Explicatur autem illa vox (in te) ne culpata videatur ignorantia facti, vt ait August. Quia scilicèt nullus corripere tenetur, nisi sufficiēter ei constet de peccato fratris. Ideò in te. i. te sciente secundū August. Tho. & communiter doctores, vt hic etiam ait doctor, & infrà. q. 4. conclu. 3. Ideò & ait glo. Hierony. Si enim in Deum non nostri est arbitrij: quando scilicèt contrà Deum occultè peccatur, id nobis ignorantibus: neq; enim tūc corripere possumus, vel (vt hic ait doctor) prædicta verba Hyeronymi potius attinēt ad indulgentiam: quia (vt bene ait Adrianū.) peccata in Deum nos dimittere non possumus, sed corripere. Peccata autem contra nos, & possumus & dimittere debemus, secundum Matth. 6. Dimitte nobis debita nostr. &c. Nos autem econtrà peccata in Deum dissimulamus: in nos autem cōmissa acriter vindicamus: cuius oppositum docuit nos Christus: dum Matth. 4. dissimulauit cum diabolo ipsum tentante quousque contra Dei honorem dixit, Hæc omnia tibi dabo &c.

¶ Ea. q. 2. & conclu. 2. fo. 22. no. quòd illud (dic ecclesiæ) exponitur dupliciter. Primò dic Ecclesiæ. i. prælato habenti ecclesiasticam potestatem. & sic glossat Chrysost. super Matth. 18. & glos. ibidē. & glo. in ca. si peccauerit. 62. q. 1. & tex. in ca. Nouit. de iudicijs. & glo. in. c. Scire debes. 7. q. 1. & ibi tex. ad idem videtur & Lyr. Matth. 18. & bea. Tho. in 4 distinct. 19. q. 2. & . 2. 2. q. 33. arti. 8. & Turrecremata de potestate Papæ. lib. 2. c. 92. & Gaietanū. in quodlibeto de potestate Papę. c. 9. & in Apologia par. 1. c. 1. & . 2. & communiter doctores. Et hæc expositio habet locum quando homo priuatus fraternè corripit proximum suum. ¶ Secūdo modo exponitur, quando prælatus corripit: tūc (dic Ecclesiæ). i. publicè punias & excommunica incorrigibilem: secundum glos. Hiero. super Matth. 18 & Greg. episto. 265. & etiam Nico. Lyr. vbi suprà, & habetur in. c. Præcipuè. 11. q. 3. & ibi glo. & be. Tho. vbi suprà, & super Matth. 18. & Turrecremata, & Gaieta. vbi suprà. Sed prima expositio est communior, & magis ad intentio-
nem

nem Christi, quamuis secunda etiam locum habeat.

¶ Ea.q.2.conclu.3.fo.23.no.(vt doctor ibi tangit) quòd peccata venialia frequentia in Repu. seu cōmunitate valde. nociua sunt: quia sunt occasio cōmunis ruinæ virtutū, honestatis, & debiti status vitæ & irreparabilis: dum cōmuniter sumūtur in exemplum, & vt consuetudo cōmunis à multitudine defenduntur. Ideò Eccle.19. Qui modica spernit paulatim decidit. Et ideò illud, Principijs obsta: nam vix medicina paratur: cum mala per longas conualuere moras &c.

¶ Ea.q.2. conclu.4.fo.23.in secunda circunstantia seu conditione ibi requisita: not.quòd licèt Asten.lib.2.titu.6.artic.4.& Gabriel.in cano.lect.74.& Gaieta.in summula. titu. Correctio, & alij doctores communiter dicant quòd nō currit obligatio huius correptionis, nisi quādo habetur spes emendę aut fructus (vt colligere videntur ex Ber.in tractatu de octo punctis ad perfectionem) tamen hæc omnia sunt intelligenda, vt hic benè dicit doctor secundum.b.Tho.& Adri. ꝙ scilicet quādo dubitamus an correptio ꝓderit certi ꝙ finaliter nō oberit, tenemur corripere: & solùm excusamur quādo certi sumus nihil nos tandē esse pro futuros. Quia tūc spes est vel esse debet alicuius fructus. Et sic Gabriel. vbi suprà litera. E. videtur expressè dicere. Gaiet, autē vbi suprà expressè conatur etiā ꝓbare ꝙ nō est obligatio correptionis, nisi quādo spes habetur emendæ aut fruct⁹. Tū primò qa actus actiuorū non sunt nisi in patiente disposito, peccator autē non est disposit⁹ ad emēdā intentā ex correptiōe, quādo est dubiū de ei⁹ emenda, sed solùm qñ ꝓbabiliter speratur. Ergo tunc & non aliter est obligatio correptionis. Tū.2.quia.1.Cor.9.habetur, Debet in spe qui arat arare &c.nō dicit in dubio. Ergo. ¶ Rñdeo ad primū cōcedēdo maiorē ad hunc sensum, ꝙ qualis est actio & effect⁹ eius intent⁹, talis dispositio pasśi requiritur, sed tunc negatur minor. Quia ex actione corripiētis nō oportet ꝙ semper ꝓbabiliter speretur fructus, sed sufficit ꝙ sub dubio speretur. Et ideò similiter sufficit ꝙ pctōr sit dubitatiuè dispositus, vt ad correptionē teneamur. Nā qui obseruat vētum, nō metet &c. Eccl.11. Et ad 1.Corin.9.similiter respon. ꝙ spes ibi accipitur largè ꝓ coniectura etiā leui, de fructu futuro & dubitato, vt patet ex dictis. Quòd si vlterius replicetur, quia quādo est dubiū an nrā correptio ꝓderit, tunc etiā est dubiū an oberit, vt patet per Ambr. serm.79.di-

centem in cuiuscunq; aures vox sancta peruenerit, aut beatus erit de deuotiõe, aut reus de cõtestatione &c. Et serm. 84. prædicatio sacerdotis in plebe saluandis est correptio, contestatio iudicandis &c. Ergo videtur ꝙ etiã indubio nocẽdi sit obligatio corripiendi (quod absit) aut ꝙ non sit obligatio in dubio proficiẽdi. ¶Respõdeo secundum Adri. ad antecedẽs, ꝙ quoties correptio nõ prodest, obest quidẽ quo ad pœnã, quia ex grauiori culpa cõtẽnentis coreptionẽ, sequitur maior pœna: sicut ex abusu maioris doni aut gratię. Non tñ obest quo ad nouam culpã mortalẽ, sicq; cum dubio proficiendi benè stat certitudo probabilis nullius nocumẽti seu deteriorationis nouæ culpæ ex correptione secuturę: de qua loquimur. ¶Et no. secũdũ Tho. Adri. & cõmuniter doct. vbi suprà, ꝙ semper est respectus habendus ad finalem emẽdam vel deteriorationem fratris ex dicta correptione. Nã licèt ad modicum tẽpus indignetur, aut deterioretur, nõ ideò est omittenda correptio, si tandẽ emenda aut fructus eius maior speratur. Quia sic pro vitando eius maiori malo postponẽdum est minus, ad qđ facit Chrysosto. super id Hebr. 12. Omnis disciplina videtur esse non gaudij &c. dicens ad ꝓpositum ꝙ melius est odium ꝓpter Deum, quàm amicitia ꝓpter ipsum. ¶Tandẽ no. ꝙ quãdo dubitatur de deterioratione fratris, seu de nocumẽto correptionis timetur, vt dictum est, nõ est facienda correptio, idq; regulariter. Quod ideò dico, quia secundum Adri. vbi suprà, quãdo ꝓbabiliter nobis constaret, ꝙ sine tali correptione certè finaliter damnabitur: vt pote quia statim impœnitens & culpabiliter ignorãs morietur, aut occidetur, neq; per aliam viam patet remedium nisi fortè per talem correptionẽ: tunc non obstanti eius deterioratione, quę dubitatur aut timetur, vtiq; correptio facienda est. Sicut in simili casu: cum dubitatur an talis medicina, putà minutio sanguinis, aut alia experientia proderit infirmo, & timetur ꝙ potius oberit, non debet ei applicari, nisi in casibus desperatis: putà nisi quando cõstat probabiliter, ꝙ sine ea nullo modo sanabitur. Tunc enim est ei applicanda, secundum id quod dicunt Galenũ tũc dixisse. Interfice audacter. Quòd si dubito an mea correptione seu denunciatione sequetur remedium certi damni imminentis: tunc teneor reuelare vel corripere, si nõ imminet inde æquale, vel maius damnum, ꝙ si imminet: tunc minus malum postponendum est, cæteris paribus, id est, stante æquali dubio aut certi-

tudine

tūdine vtrinq;, alioqui grauius malum dubium imminens notabiliter est præcauendum, postposito leui damno certo. Sicut pro cauenda dubia morte proximi rationabiliter quis postponit leue dispendium rerum illius. Facit doctor infrà membro.3. q.2. conclusione prima & secunda.

¶Ea.q.2.conclu.4.in.3.circūstantia seu conditione fo.25. vbi doctor ait, correptionē esse faciendā opportunè: no. ex Adr. vbi suprà, ꝙ si tūc est tēpus opportunū ad talē correptionē simpliciter fructuosam, vt dictū est: tūc vtiq; currit eius obligatio, & nō pōt tp̄s opportuniꝰ ad id expectari: si nihilo magis posteà q̄ tūc profectus speratur. Exēpli grā. Si proximus in mortali sumet, aut ministrabit sacramētū Eucharistię, aut cōtinuabit p&m nō restituē do furtū vel famā, ita ꝙ ꝓximꝰ tūc de nouo peccabit mortaliter, ipsum ve p&m cōtinuabit per nouū actū nisi corripiatur: tūc dico ꝙ nō pōt licitè eiꝰ correptio differri ad aliud tēpꝰ opportuniꝰ, vel vt alius melius corripiat: si correptio tūc sufficit ad ipsum reuocādū, tunc & post seu oīo ab illo pc̄tō, vt dictū est. Quia tēpꝰ obligationis talis præcepti affirmatiui est opportunitas illud implēdi in suo casu. ¶Si autē ex tali mora correptiōis ꝓbabiliter nō timeretur, ꝙ peccator de nouo mortaliter peccabit, aut p&m actualiter cōtinuabit: aut si ex correptiōe tūc facta nō speratur plena emēda tūc & post: q̄ tn̄ speratur ex dilatiōe correptiōis postea per ipsum aut ꝑ aliū opportuniꝰ cōmodiꝰ ve faciēdę ad plenā eiꝰ emēdationē: tūc vtiq; ad id tēpus opportuniꝰ licitè posset differri correptio. Ex quo tūc nō est casus in quo currit talis ꝑcepti obligatio ad suū finē plenę aut finalis emēdæ intētū: neq; ꝓinde tunc est simpliciter tēpꝰ ad id opportunū, vt liquet ex iā dictis. ¶Et secundū ꝑdicta sunt limitādi & intelligēdi Astē. li.2. tit.6. c.4. & Gabr. in cano. lect. 74. C. & alij docto. cōiter dicētes: ꝙ pōt expectari maior opportunitas ad fratrē corripiēdū, fundātes se ī auctoritate Augu. lib.1. de ciui. c.9. dicētis. Si ꝓpterea quis obiurgandis & corripiēdis fratribꝰ parcit, quia opportuniꝰ tēpus inquirit, consilium est charitatis &c. Dico enim ꝙ litera emēdatior non habet tēpus opportunius sed tempꝰ opportunū: & sic legit bea. Tho. 2.2. q.33. artic.2. ad secundum, & Gabr. vbi suprà. & doct. hic etiā refert. Secūdò dico ꝙ etiā si legatur tēpꝰ opportuniꝰ ītelligitur, vt dictū est, qn̄ nō timetur nouū mortale: aut qn̄ speratur plenꝰ fructꝰ totalis emēdę, q̄lis ex p̄nti correptiōe nō sperabatur.

¶Et cum his videtur doctor hic concordare. Quod autem ibidem dicit doctor: nec tamẽ quàmprimũ videmus fratrẽ in peccato, tenemur corripere, quia forsam sine nostra correptione ipse emendabitur: id vtiq; verũ est, dum id de eo probabiliter presumitur: quia alioqui vir bon⁹ vel doct⁹ est, aliàs secus. Quia etiã si sit alioqui bonus & doctus: tamẽ si in tali peccato passione aut malitia tenetur, à qua non præsumitur, ꝙ nisi per talẽ correptionem retrahetur, vt infirmus à cibo sibi nociuo & cognito: tunc non est omittenda correptio, neque differenda, vt dictum est. Et facit ad id Chrysost. super id Hebr. 12. Omnis disciplina videtur esse non gaudij &c. & Adri. vbi suprà.

Prima opinio.

¶Ea. q. 2. cõcl. 6. fo. 26. vbi doctor ait ꝙ personæ priuatæ nullum est p̃ctm̃ timore mortis, aut amissionis notabilis famę, aut bonorum exteriorum cessare à correptione, vbi correptio non est simpliciter necessaria: quãuis certum sit correptionẽ profuturã, nota, ꝙ hæc eius sexta concl. ad quã etiam Nico. Lyr. super. 1. Ioan. 3. declinat, videtur contra cõmunẽ opi. doct. tenentium indistinctè quòd quando proximus existens in peccato mortali potest si vult sine mea correptione sibi de remedio prouidere: & tamẽ certum est correptionẽ meam illi profuturam: sine qua neq; per se, neq; per alium probabile est, quòd à tali peccato nõ liberabitur: tunc sub mortali peccato teneor illi de tali correptione seu de remedio spirituali, etiã cũ discrimine vitæ corporalis, prouidere.

Secunda opinio.

¶Idq; probant ex præcepto ordinis charitatis. Et ad idem est. b. Thom. 2. 2. q. 33. articu. 2. & q. 26. articu. 5. & ibi Gaieta. & in. 12. quodlibeto. articu. 29. & Richard. in. 4. distinct. 19. articu. 2. q. 1. ad primum, & Maioris ead. distinct. q. 2. & cõmuniter doct. ibidem, & in. 3. dist. 29. & Adri. in. 4. de corrept. frat. & Gabr. in cano. lect. 74. ex Ioã. 15. Hoc est pręceptũ meum, vt diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos. & 1. Ioã. 3. Sicut Christ⁹ pro nobis aĩam suam posuit, sic & nos pro fratribus. Vide ibi Ambro. Chrysost. Aug. ad propositum. ¶Itẽ ꝓ hac opi. cõi cõtra doctorẽ est adhuc triplex ratio. Prima, quia in casu prædicto quo frater nõ nisi per meã correptionẽ à morte p̃cti liberabitur, licèt aliàs possit, si velit est pręceptũ de coripiẽdo illum, absolutè loquẽdo (vt fatetur etiã ipse doctor in. 8. cõcl. sequẽti.) Ergo sicut nõ obstan. leui iactura tẽporaliũ tenemur: ita etiã nõ obstan. magna eorũ & vitę iactura tenemur ad idẽ. Probatur cõseq. Tum. 1. ex Augu. lib. 21. de ciui.

ca.26. Qui metu infamiæ vel mortis omittit præceptum Dei, nō habet fundamentum Christum. Tū.2. quia nō videtur sufficiēs ratio talis differentiæ, quare scilicèt præceptum hoc obliget cum leui & nō cum magna iactura temporalium & vitæ, vt etiam patebit respondendo ad rationes oppositæ opinionis suprà tactas à doctore. Nam & similiter diceretur quando nostra correptio est simpliciter necessaria ad salutem fratris, quòd scilicet sub mortali obligamur ad eam cum leui, non autem cum magno temporalium & vitæ detrimento. ¶ Secundò probatur idem. Quia hoc præceptum fraternæ correptionis etiam cum discrimine vitæ corporalis obligat sub mortali peccato in aliquo casu, vt dicunt communiter doctores vbi suprà: & ipse met doctor ibidem, & conclu.7. fatetur quòd obligat in casu quo nostra correptio esset simpliciter necessaria ad salutem fratris. Iam sequitur inde, quòd vel in nullo casu obligat (id quod iam reprobatum est) vel quòd etiam obligat, quando non est simpliciter necessaria, vt ait communis opinio suprà dicta. quod probatur. Quia nunquàm correptio est simpliciter necessaria ad salutem fratris, ad sensum doctoris, ita scilicet quòd sine ea non posit ei aliàs esse salus: vt patet, quia si ex malitia aut pasione peccat: tunc non est simpliciter necessaria, vt ipse met doctor in.7. conclu. fatetur ex quo cū auxilio Dei opportuno (quod nulli deest secundum Ambro. de vocatione gentium li.1. c.2. & .7. & li.2. ca.4. & .9. & communiter doctores) potest à morte peccati liberari si vult. Si autem ex ignorantia inuincibili, tunc ex quo à peccato excusatur iam non est illi ad salutem necessaria talis correptio. (vt de hoc etiam latius Medina de cōfessione habet. q.26.) modò nos ad alium finem teneamur tunc corripere vel docere, modò non. Sufficit enim quòd, tūc sine tali correptione potest esse salus ipsi ignoranti: sicq; tunc non est illi nostra correptio simpliciter necessaria ad salutem, nisi fortè vbi haberet ignorantiā fidei Christi sine qua nō est salus finalis, etiam si inuincibiliter ignoretur secundum communiter doctores. Si verò ex ignorantia vincibili peccat: etiā non est simpliciter ad salutem necessaria correptio fratris: quia faciēdo quòd ipse tenetur ad id potest iam eam vincere si vult: ita quòd etiam si non corripiatur, vel non doceatur ab eo, etiam qui illum docere teneretur, ipse tamen faciens quod tenetur ad sciendum, est iam liber à morte peccati: fitq; ei ignorantia inuincibilis: sicque

non est ei prædicta correptio simpliciter necessaria ad salutem: quod erat probandum. Et præterea cum ipse met doctor in .7. conclusione fateatur, quòd in casu prædictæ ignorantiæ vincibilis, & cum hæreticus peruerteret fideles, quilibet qui commodè posset docere veritatem, teneretur etiam cum periculo vitæ: & tamē tunc talis correptio vel instructio non est illis simpliciter necessaria ad salutē, si nolunt esse pertinaces, vt probatū est, licèt ipse doctor Soto dicat oppositū ibidē. Iam sequitur intentū ꝙ etiam quando correptio non est simpliciter necessaria ad salutē fratris ad sensum prædictum ipsius doctoris, tenemur sub mortali peccato etiam cum discrimine vitę, si aliàs comodè illū corripere possumus: tum propter salutem eius, tū etiā propter honorē Dei ex lege & ordine charitatis secundum suprà dictam opi. cōmunē. ❡Tertiò probatur idē. Quia licèt nouerim proximū posse per alios, qui adsunt, æquè aut meliꝰ corripi aut edoceri: si tñ video illos esse negliēgtes, ita quòd ille tandem in mortis articulo non corripietur, neq; à morte spirituali & æterna nisi per meā correptionem liberabitur: certè ego illum corripere teneor, seu edocere sub mortali peccato, etiam cum discrimine vitæ corporalis. Et tamen tunc mea correptio non est illi simpliciter necessaria ad salutem ad sensum doctoris: exquo per correptionē aliorū (si ipse vel illi volūt) potest à tali morte peccati liberari. Ergo similiter teneor dū ipse per se si vult, potest sibi de remedio prouidere, si video ꝙ nō sibi prouidebit, neq; nisi mea correptione tādē liberabitur. ❡Nam & per accidens videtur ad obligationē huiꝰ pręcepti cū hoc vel illo discrimine: ꝙ frater tūc vel post possit vel nō possit aliàs sine mea correptiōe liberari: si video ꝙ de facto nō nisi per meā correptionē eiꝰ saluti tādē prouidebitur. Tūc enim sicut currit obligatio præcepti, ita & ordo eius seu charitatis. Ita s. ꝙ sicut ꝓ liberādo ꝓximū à morte corporali iniusta, teneor minora bona mea temporalia post ponere (vt habetur dist. 76. c. nō satis. et dis. 47. c. sicut hi) excepto nisi ille vellet martyriū pati, sic & pro illo à morte spirituali liberando, dū creditur ꝙ aliter nō liberabitur: post ponere teneor minora omnia bona mea qualis est mea vita corporalis, vt sup. dictū est. ❡Ad rōnes aūt doctoris, vbi suprà positas pro sua. 6. cōclu. ❡Respōdeo, ad. 1. negādo minorē. Et ad eiꝰ probationē. Respōdeo cōcessa illa maiore ibi posita, negatur minor ibi subsumenda. Quia licèt in pari ne

cessitate

cesſitate corporali aut ſpũali vtrinq; exiſtẽte, potius mihi q̃ proximo tenear, & cæteris paribus: at verò in caſu argumẽti non eſt par neceſsitas: quia ꝓxĩmi neceſsitas eſt ſpiritualis, mea aũt corporalis: q̃ tanq̃ minor eſt poſtponẽda maiori neceſsitati ſpũali ꝓximi ex ordine charitatis obligatoria, vt ſuprà ꝓbatũ eſt ſecundum cõiter doct. in. 3. diſt. 29. ex Aug. lib. 1. de doctri. chri. c. 27. & Ambro. lib. 3. de offi. c. 3 & lib. 1. c. 30. & ex alijs docto. vbi ſup. ¶ Ad ſecundã reſpon. negãdo primũ antecedẽs, vbi dicitur ꝙ qñ correptio nõ eſt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutẽ, ita ꝙ ſine ea ſal⁹ ꝓximi eſſe poteſt: tũc nõ eſt obligatoria cũ ṗdicto diſcrimine vitæ, neq; tũc poſtponitur charitas ꝓximi vitę corporali nr̃æ. Dico enim ꝙ ſufficit ꝙ ſit neceſſaria ſecũdũ quid, ita ꝙ de facto tunc ſine mea correptiõe à morte ſpũali ꝓbabiliter nõ liberabitur: licèt abſolutè aut ſimpliciter, ſi ipſe velit, poſsit aliàs cũ Dei auxilio opportuno, licèt difficulter liberari. Tunc eñ eſt obligatoria ſub mortali mea correptio, etiã cũ vitæ detrimẽto: aliàs poſtponeretur charitas ꝓximi vitæ nr̃æ corporali cõtra ordinẽ charitatis, vt dictũ eſt. ¶ Et ad ꝓbationẽ ṗdicti añcedentis, ibi ſubiũctã de cõminãte ſe peieraturũ, furaturũ, aut fornicaturũ, niſi dem illi bona mea &c. negatur conſeq. Nã nõ eſt ſimile. Quia in illo caſu cõminãtis ſe peieraturũ eſt ſcãdalũ acceptũ ex malicia ipſius peccãtis: qđ eſt contẽnẽdũ: quia ex quo ille peccat ad auferẽdũ ſubſtãtiã meã, peccatũq; adducitur, vt mediũ ad id: & ſic peccãti dare meas res nõ eſt ipſum admonere ſeu à peccato liberare, ſed poti⁹ eius p̃ct̃m fouere, cauſamq; ſimiliter peccandi alijs præſtare ad malum Reip. Ideò tunc nõ teneor res meas illi dare. Secus eſt in caſu præſenti, vbi peccantem alio modo teneor cum prædicta iactura à morte ſpirituali liberare, vt dictum eſt. Sicut & cũ notabili iactura bonorum temporalium teneor proximum à morte liberare, vbi ſe ipſum ex paſsione vellet occidere ſeu pręcipitare: etiamſi ſimpliciter poſſet, ſi vellet, ſeipſum à tali periculo mortis eripere, vt dictum eſt, ¶ Ad tertiam reſpon. negãdo quòd cõiter ſapientes ſic cum doctore ſentiant: ſed potius cũ opi. cõmuni ſuprà dicta. b. Tho. Richar. Gabri. Adri. &c. vbi ſuprà. ¶ Ad quartã reſpõ. dupliciter. Primò negatur antecedẽs à plurib⁹, vt patet in Silueſ. tit. Bellũ. 2. q. 4. Nã & ſecũdũ Gerſon. & Almayn, & alios, nullus metus excuſat tranſgreſsionem diuini præcepti. Et Gaiet. 1. 2. q. 96. arti. 4. tenet humana præcepta obligare non obſtante

morte. & facit ca. Sacris. de ijs quæ vi metúsve causa fiunt. Et Augu.lib.19. contra Faustum cap.14. dicens omnia esse ferenda ne Eucharistiæ communio omittatur: vide Adria.in.4.de clauibus vbi agit de excõmunione in octaua exceptione. & Angest in moral. ca.6.quomodo id limitant & intelligunt. Facit & Aug. lib.21. de ciui. ca. 26 vbi suprà quod nullo timore licet transgredi diuina pręcepta. ¶ Secundò respõdeo negãdo cõsequẽtiã, etiam si cõcederetur antecedens. Quia si puero est necessitas baptismi: id tamen est sine peccato ipsius: quod est super omnia vitãdum: & ideò præcipitur correptio, vt Dei offensa vitetur in proximo. Item pœna tantum damni in puero non baptizato decedente, non est tanta quanta est pœna damni simul & sensus pro actuali mortali peccato adulti: quæ & si per eius pęnitentiam vitari possit: id tamen est per accidens: quod est extra regulam. ¶ Ad primã confirmationem respondeo (secundum Chrysost. super id Matth.11. Iugum meum suaue est &c.) quòd Christus præcepit odire animam, & ponere eam pro fratribus & tollere crucem: quæ in se difficilia sunt. Sed secundum August. ibidem & serm. 9. de verbis domini, omnia sęua, facilia facit amor: & maximè cũ spe æternæ retributionis. Sic & amanti Deum facilè est se & sua pro salute fratris exponere, vt etiam in se & in alio Dei offensa vitetur. ¶ Ad secundam confirmationẽ. Respondeo quòd. b. Tho. ibi expressè tenet cum opi. cõmuni & quòd ibidem dicit quòd in casu quo quis tenetur saluti proximi prouidere, tenetur proprium corpus exponere: intelligit non solùm quando ad id tenetur ex officio: nam si sic sentiret facilè illi erat id explicare: sed etiam quandocunq, generaliter tenetur eius saluti prouidere (vt in casu præsentis conclusionis) vt patet ex eius verbis in eodem artic, vbi generaliter de omnibus loquitur: quia aliàs non esset ad propositum. Igitur doctor manifestè torquet dicta beati Tho. ad suam opi. cũ potius sint pro opi. cõmuni, quam ibi sequitur. Quia si aliter ibi sentiret, certè recitasset: & (vt solet) confutasset opinionem communem, si eam falsam æstimasset, aut si oppositum eius docere voluisset. ¶ Et no. quòd Adri, vbi suprà, tenet quòd non solùm quando probabiliter speratur correptio pro futura, sed & quando de eius fructu dubitatur, sine qua non speratur proximi emenda aut salus: tũc sub peccato mortali tenemur, etiam cum vitæ detrimento, corripere: ita quod totalis omissio

erit mortalis: negligentia verò seu dilatio ex timore mortis, aut notabilis iacturæ bonorum temporalium venialis. Sicut & quilibet sub mortali tenetur ad laborem & eleemosynam pro dubia ereptione proximi à morbo periculoso & mortifero. Et quidem quòd negligentia aut dilatio ex dicto timore sit solum venialis, communiter cõsentiunt doctores. Quòd autẽ totalis omissio in dicto casu dubio de fructu correptionis sit mortalis, non omnes consentiunt, sed neq; ego assentio Adriano. Nam certitudo magnæ iacturæ pro dubia fratris emenda sperata habet vim atq; rationem æqualis ferè mali, vt non obliget tunc præceptum correptionis aut charitatis sub peccato mortali: sicut & de negligente dictum est. Facit ad hoc doctor in.3.membro.q.2.conclu.2.

Tertia opinio.

¶Quod igitur in hac difficultate tam vtili & necessaria mihi tandem (saluo meliori iudicio) tenendum videtur, tribus dictis explicabo. ¶Primò, dico quòd quando probabiliter creditur fratrem in peccato mortali tandẽ in æternum esse periturum: ita ꝙ non nisi per meam correptionem vel instructionem eius finali saluti prouidebitur: tunc etiam cum periculo vitæ teneor per meam correptionem vel instructionem illi de tali remedio prouidere: modò possit per se vel per alium tali periculo prouidere; modò non. Quia & talis dicitur aut censetur extrema necessitas spiritualis, vel quasi in qua, secundũ omnes, currit obligatio charitatis & ordinis eius: dum scilicèt non est regressus ad vitam vel salutem, neq; remedium stante lege, nisi tunc ei succurratur, vt dictum est, & dicetur. Faciunt ad hoc rationes & auctoritates suprà adductæ & multæ aliæ quæ pro opi. communi adduci possunt. ¶Secundò, dico quòd extra articulum mortis tenemur sub peccato mortali corripere eum, quem credimus non nisi per nostrã correptionem à peccato mortali recessurum: si sine notabili detrimento famæ, rerũ & vitæ id efficere possumus. Hoc tenet doctor infrà in.8. conclusione. Quia tunc censetur peccator in magna & graui necessitate, dum à statu gratiæ sibi decenti cadit per peccatũ mortale: cui necessitati homo abundans sine suo notabili detrimento, ex præcepto & ordine charitatis sub mortali succurrere tenetur. Et expressè concordat clarissimus doctor Medina magister meus, de restitutiõe.q.2.& de eleemosyna. q.6. dicens quòd vbi aliquis habet rerum abundantiam, alij verò ob inopiam, qua pręmuntur, parati sunt in aliqua peccata ex fragilita-

te potius quàm ex malicia incidere:& certus sit homo ille ꝙ per donationē aliquã illi ab illo casu præseruabũtur, Deoq; post modum seruire curabunt, crederem in casu necessarium esse talem donationem facere. Hæc ille. Et in hoc omnes doctores de opi. communi credo facilè conuenire:& eò magis quò hæc eleemosyna spiritualis ex genere suo, est magis obligatoria, quàm corporalis, (vt doctor vbi suprà. q. 1. cõclu. 3. huius. 2. membri probauit ex Adriano de correp. frater. in respõsione ad tertiũ argumẽtum principale. Et hoc secundum dictum habet verum, & procedit secundũ opi. cõmunẽ. b. Tho. & aliorum doctorũ tenentiũ ꝙ de superfluo decẽtiæ status, dũ sine notabili suarũ rerũ detrimento quis cõmodè potest succurrere patienti magnã iacturã decentiæ sui status, tenetur sub mortali peccato, licèt aliqui doctores aliter dicere videantur. ¶Tertiò dico (inquo & tota difficultas est) ꝙ qui timore mortis aut notabilis iacturæ rerũ temporalium aut famæ omittit omnino corripere eũ, quẽ extra mortis articulũ cõstitutũ, probabiliter credit, nõ nisi per suã correptionem à mortali peccato recessurum, non mortaliter, sed venialiter tantũ peccat. Quòd non peccet mortaliter (vt in hoc benè ait doctor in hac 6. concl.) probatur, sed aliter quàm ipse probat, idq; tripliciter. ¶Primò quia ad opera misericordię, putà ad eleemosynam corporalem vel spiritualem (qualis est fraterna correptio in homine priuato) non tenemur sub mortali peccato cum notabili discrimine bonorum nostrorum: nisi in extrema vel quasi extrema necessitate, vt in primo dicto probatũ est. Non autem in magna, nisi quando sine notabili detrimento decentiæ nostri status succurrere possum⁹, vt in. 2. dicto prælibatũ est. Nũc autẽ in casu prędicto non censetur peccator esse in extrema vel quasi, sed in magna aut graui necessitate duntaxat. Quod probatur. Quia illa tantũ dicitur extrema vel quasi extrema necessitas corporalis & spiritualis, cui nisi tunc succurratur, nõ speratur probabiliter iam inde remedium eius, neq; regressus ad vitam seu salutem corporalem vel spiritualem: sed potius ægritudo perpetua aut mors corporalis vel spiritualis æterna. Vt patet ex quid nominis necessitatis extremæ vel quasi, & ex similitudine talis necessitatis corporalis & spiritualis. Nam licèt peccatum mortale dicatur mors spiritualis, quatenus hominẽ priuat vita gratiæ, & habet dãnationem mortis æternę, non tamẽ id propriè nec omnino: sed

potius

potius dicitur morbus: quatenus stante lege peccator non priuatur spe resurrectionis seu regressus ad vitam gratiæ & animæ salutem: ex quo habet remediũ medicinamq; pœnitẽtiæ: neq; est in executione aut periculo mortis æternę, neq; in articulo mortis corporalis: neq; in tali tandem articulo constitutus (vt supponitur) quo ꝓbabiliter de tali remedio finaliter desperetur. Ideo ergo non cẽsetur esse in extrema vel quasi, sed in magna dũtaxat & graui necessitate, & casu à decentia status gratiæ, vt dictũ est. Ergo cum notabili detrimento vitæ, rerũ & famæ illi prouidere aut succurrere per nostrã correptionẽ sub mortali peccato nõ tenemur: neq; talis omissio mortalis est. ¶ Secũdo probatur idem. Quia tarditas seu negligentia corripiẽdi ex timore dictæ iacturæ est solùm peccatum veniale, secundum Tho. & communiter doct. vbi suprà: & id est verũ, solùm in casu ꝙ prędicta correptio tunc fieri deberet opportunè: alioqui nullum peccatum esset extra casum & tempus obligationis. Ergo similiter totalis omissio correptionis ex dicto timore in casu prędicto, est solùm venialis. Probatur cõsequẽtia. Quia quando tardat & negligit quis, vtiq; omittit: & ex eo quod paruo vel magno tẽpore tardetur, vel negligatur, vel omittatur, non mutatur genus aut species peccati: nisi alia adueniat circũstantia, quæ supponitur nõ aduenire. Ergo ex sola omissione correptionis extra articulum mortis non incurritur peccatum mortale in casu prædicto. ¶ Adde quod cũ eadem lege & præcepto charitatis teneamur per correptionem à nouo mortali peccato fratrem eripere: qua & ipsum iam lapsum à reatu seu morte peccati pręterita vel pręsenti tenemur erigere. Nũc autem non peccatur mortaliter differendo correptionẽ ex dicto timore, permittendo illum diu in solo reatu iacere: sicut nec ipse peccator peccat de nouo manens in reatu, non pœnitendo vsque ad tẽpus obligationis. Ergo neq; contra prædictam legẽ charitatis mortaliter peccatur, omittẽdo corripere ꝓximũ: permittẽdo ex dicto timore illũ multo tẽpore, etiã vsq; ad mortẽ multa mortalia commitere: nisi adsit complacentia in peccato illius, aut nisi id expediat ad honorem Dei, vt ait doctor infrà. q. 4. concl. prima, aut nisi tandẽ adsit alia circũstãtia, ratione cuius sub mortali tunc illum corripere teneamur. Ipse autem peccator ratione aliorum præceptorum specialium tenetur sub nouo mortali peccato, nouum aliud peccatum mortale cauere, vt patet.

¶ Quod

¶Quòd autem talis omiſsio ſit venialis patet. Quia ſi neglig ētia & dilatio, ergo & omiſsio. Quia eſt præter charitatem, dum ex nimio amore & timore temporalium & uitæ aliqualiter poſt ponitur ſalus proximi ſpiritualis. ¶Tertiò probatur totū hoc ter tiū dictū auctoritate Augu.li.1.de ciui.ca.9.vbi ſic habetur. Plerūq; ab iniquis edocendis, admonēdis, aliquādo, etiam obiurgā dis & corripiendis malè diſsimulatur: vel cum laboris piget, vel cum eos offendere, eorumq; inimicitias deuitamus, ne impediant & noceant in his temporalibus. Ita vt quamuis bonis vita malorum diſpliceat, & ideò cum eis in damnationem æternam non incidant: tamē quia propterea peccatis eorum dānabilibus parcunt, dum eos in ſuis, licèt leuibus & venialibus metuunt: iure cum eis hic temporaliter flagellantur, quamuis in æternum minime puniatur. Et infrà. Illud ipſis bonis culpabile eſt: quòd parcunt peccatis alienis, quæ dedocere aut obiurgare deberent: dum eorum offenſiones cauent, ne ſibi noceant in his rebus, in quib⁹ licitè boni atq; innocēter vtūtur: ſed cupidius quàm oportebat eos, qui in hoc mundo peregrinātur, & ſpem ſuperuæ patriæ præ ſe gerūt. Et infrà. Qui plerunq; ſuæ famæ ac ſaluti dū inſidias impetusq; malorum timent, ab eorum repræhenſione ſeſe abſtinent. Et quamuis non adeò eos metuant, vt ad ſimilia perpetranda quibuſlibet eorum terroribus, atq; improbitatibus cedant: ea tamen ipſa quæ cum eis non perpetrant, nolunt plerunq; corripere, cum fortaſſè poſsint aliquos corripiendo corrigere: ne ſi non potuerint, ſua ſalus ac fama in periculum exitiumq; perueniat. Et hoc non ea conſideratione qua ſuam famam ac ſalutem vident eſſe neceſſariam vtilitati erudiēdorum hominum: ſed ea potius infirmitate qua delectat lingua blandiens & humanus dies, & reformidatur vulgi iudicium & carnis excruciatio vel peremptio: hoc eſt propter quædam cupiditatis vincula, non propter officia charitatis. Et infrà. Flagellātur enim temporaliter boni ſimul cum malis: non quidem quia ſimul agunt malam vitam: ſed quia ſimul amant temporalem vitam: nō quidem æqualiter ſed ſimul: quam boni contemnere deberent, vt illi correpti atq; correcti conſequerentur æternam: ad quam conſequendam ſi nollent eſſe ſocij, ferrentur & diligerentur inimici. Hæc Auguſt. Vnde patet ꝙ prædictam diſsimulationem & omiſsionem correptionis iniquorum, dicit Auguſti. eſſe culpabilem propter

nimium amorem & timorem vitæ & temporalium, non tamen damnabilem. Quãuis Adria. dicat, quòd loquitur Augu. quando timetur deterioratio talium: ſed certè non eſt ita. Nam tunc neque culpabilis, ſed laudabilis potius eſſet omiſsio correptionis eorum, vt patet ex ſuprà dictis. Loquitur ergo Augu. in caſu præſentis difficultatis, & expreſſè cum noſtro tertio dicto ſuprà poſito concordat, vt patet eius verba conſideranti. Et ſimiliter Franciſcus Mayrones in .7. veritate ibidẽ, vt benè eum allegat doctor paulò ſuperius in .5. conclu. licèt Adri. dicat ipſum Mayro. non benè intellexiſſe Auguſtinum. ¶ Omiſſio igitur præfata dicitur venialis, non quidem ratione omiſsionis ipſius: ſed ratione cauſę ſeu finis vnde ꝓcedit, ſcilicet ratione nimiæ affectionis aut timoris mundani de iactura famæ, rerum aut vitæ, propter quem talis omiſsio fit, vt vbi ſuprà dicit Augu. Et ſic poteſt fortè ſaluari .6. conclu. doctoris ſuprà poſita (ſi extra articulum mortis intelligatur & limitetur) dicẽs quòd talis omiſſio nec eſt venialis, ſcilicet ratione omiſſionis ipſius, cum non ſit contra obligationẽ de tũc corripiẽdo, quæ non eſt cũ tanto detrimento: ſed ſolùm eſt præter præceptum charitatis aut contra feruorem eius: aut quia nimis amãtur bona tẽporalia & vita, dum eorum iactura plus æquo timetur, vt dictũ eſt. ¶ Et ſecũdũ ſuprà dicta tria dicta iam explicata, opinionem cõmunẽ ego limitandam aut intelligẽdam cenſeo. ¶ Quòd ſi contra prædicta arguatur, quòd timore mortis omittere pręcepta eſt mortale, ſecundum Augu. lib. 21. de ciui. ca. 26. reſpondeo, id eſt verum in ſuo caſu tantùm: quando ſcilicet tale præceptum Dei obligat etiam cum tali diſcrimine rerum aut vitæ, aliàs non. Neque enim omnia præcepta diuina æqualiter obligant etiam cum diſcrimine vitæ, vt patet. Quia ſub nouo peccato mortali non tenemur quærere confeſſorẽ, aut illum adducere per .lx. leucas. Neque confiteri confeſſori præſenti: dum inde imminet notabilis infamia aut iactura rerum tẽporalium: etiam ſi eſſem in tali diſpoſitione, quòd extra articulum mortis conſtitutus, non niſi per confeſſionem animę ſalutem haberem. Neque cum tam notabili detrimento teneor ſub nouo peccato mortali procurare medicinam, qua & non aliter ab infirmitate ſeu morte corporali liberabor: licèt iure naturali & diuino tenear mortẽ cauere: vitamq́; plusquam bona tẽporalia tueri aut conſeruare. Neque cum tam notabili detrimento ſub nouo peccato

mortali teneor à meretricio seu fornicatiõe, ab inimicitijs, ab apostasia: seu etiã ab infidelitate seu alio pctõ mortali aliquẽ extra articulũ mortis cõstitutum retrahere, vt vbi suprà in. 2. dicto clarissimus doctor Medina dicere videtur. Vbi nõ ait nisi ꝙ homo abũdans tẽporalibus, certus ꝙ per donationẽ aliquã posset aliquẽ à mortali pctõ reuocare seu præseruare, vtiq; teneretur: nõ autẽ cũ notabili suarũ rerũ detrimẽto. Neq; vt ait Sum. Ange. & Siluest. tit. Denunciatio, secundũ cõiter doct. cum tã notabili iactura tenemur pctm̃ fratris secundũ ordinẽ euangelicum denunciare. Ergo similiter in proposito præsenti dicatur, ꝙ neq; fraternè corripere in tali casu sub mortali pctõ tenemur, vt dictum est. Alia aũt sunt ꝑcepta diuina, q̃ etiã cum notabili rerum & vitæ detrimẽto, ad sui ipsorum obligãt obseruantiã sub mortali pctõ, vt cõfiteri fidẽ Christi in suo tẽpore: nõ peierare: non fornicari, & alia eiusmodi: & tandẽ non scãdalizare: neq; in legis aut Dei contẽptum aliquid facere: quod secundũ Adri. vbi suprà tũc fit: quãdo metu mortis cuiuscunq; & quomodocunq; à quocunq; ad id intentatæ, vt cõtra aliquã legẽ diuinã vel humanã quis agat: poti⁹ mortẽ pati, q̃ contra legẽ agere vult, scd̃m Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corp⁹ &c. de quibus dictũ Augustini ꝓcedit. Sicq; patet intentum. Pro vitando autem notabili damno Reipu. tenetur homo, etiam vitam postponere, vt conclu. 7. ait doctor.

¶ Ea. q. 2. in responsione ad secundum argu. principale. fo. 28. vbi doctor dicit ꝙ propter scandalum possumus prętermittere opera consilij, nõ tamẽ debem⁹ cessare à prædicatiõe veritatis propter scãdalũ Pharisęorum, nota ad maiorẽ horum declarationẽ. Primò quòd opera consilij seu perfectionis non sunt prætermittẽda, propter scãdalum Pharisęorum ex malicia procedẽs. Propter vitandum autẽ scandalum ex ignorantia seu ex passione aut fragilitate, licèt nõ sint omnino aut semper prætermittenda: sunt tamen interim occultanda vel differenda, dum non imminet periculum aut necessitas, quousque facta debita & sufficiente instructione huiusmodi scandalum cesset. Si autem post redditam rationem huiusmodi scandalum adhuc duret: iam videtur ex malicia, sicq; tunc non sunt talia bona omnino omittenda. 1. Corin. 12. Æmulamini charismata meliora. ¶ Si autẽ opera sint in se indefferentia seu licita & nõ necessaria, neq; de cõsilio perfectiõis: tunc propter scãdalũ ex ignorantia vel ex fragilitate seu passione

vitan-

vitãdũ,sunt oĩno omittẽda:nõ autẽ ꝑpter scãdalũ ex malicia. Et quo ad hoc benè exẽplificat doctor ex.1.Corin.8. Si esca scandalizat fra.m.&c. & Ro.14. talis enim vsus cibi non est de consilio perfectionis, sed licitus duntaxat: licèt talia opera malè seu abusiuè ibidem appellet opera consilij. ¶Quò ad veritatem autẽ doctrinæ, nota, ꝙ contrariũ veritati doctrinę nunquã est docendũ, neq; falsitas ꝑpter quodcunq; scãdalũ vitãdum. At verò ipsa veritas doctrinæ nõ nisi secundum cõgruẽtiã tẽporis & personarũ, quib⁹ ꝓponitur, est dicẽda ab eo cui id incũbit. Et ideò quãdo non est necessitas nec periculũ, debet propter scãdalum ex ignorantia vel fragilitate ad tẽpus vel omnino etiã omitti, vt latius de his.b.Tho.2.2.q.43.art.7.& Nico.Lyr.super Matth.15.& Adri. in.1.quodlibeto. & cõmuniter doctores agũt. Et sic fortè doctor intellexit breuiter se expediens, quia non erat hic locus neq; propositum de hoc latius agendi. ¶Nota. etiã.2. quò ad secundum & tertiũ arg. ꝙ qui ex timore deteriorationis proximi corripere omittit, nõ peccat, etiã si simul omittat ex alio licito fine, putà ex timore notabilis iacturæ suæ, paratus actualiter vel virtualiter nõ omittere in casu quo ad id teneretur: simultas enim finium aliàs licitorum nec tunc ꝓhibitorum nõ viciat actum. ¶Tandẽ no.ꝙ prima responsio doctoris ad tertium argumentum est optima & ad mentẽ Augustini, vt patet ex annotatione suprà, sexta con clu. sed non suffragatur illi sextę conclusioni doctoris, sed potius nostræ annotationi suprà positæ, vt patet ex dictis ibidem.

Questio tertia.

IN q.3.concl.3 fo.30.vbi doctor ꝓbat cõtra Gaieta.ꝙ prælati arctius quàm alij priuati hoĩes tenẽtur præcepto correptiõis euangelicæ, not. ꝙ cum doctore est Adria. de correp. frat.& cõmuniter docto. Quia & ait Greg. & habetur de re.iur. nõ potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedat, & pastor ignoret. Ergo ratione sui officij per se & nõ per accidẽs tenetur prælatus inquirere, vt oportet, & corripere etiã cũ periculo vitæ, vt sup.q. 2.cõclu.7 habetur. ¶Sed & no.(vt in hoc bñ dicit Gaie.ibidẽ)ꝙ nõ oportet, vt plat⁹ sit plus debito solicitus in inquirẽdo: sed moderatè id agat, ita ꝙ nõ sit notabiliter negligens aut remissus, secũdum casus occurrẽtes & ꝓbabiles cõiecturas gñaliter vel particulariter quo ad aliquos prudẽter attẽdẽdas: ita ne nimia suspitio illum præcipitem & exosum reddat, quia Prouerb.30. Qui nimis emungit, elicit sanguinem. Et Comicus, Nequid nimis.

¶Ea.q.3.conclu.4. fo.31. vbi agitur quomodo pater fa. teneatur corripere filios & familiam, not. quòd pater fa. tenetur corripere filios & familam, nõ solùm charitatiuè monẽdo & increpando: sed & correctione disciplinæ seu punitionis puniendo seu castigando, dum sub eius sunt cura & gubernatione: non tamen iudiciali pœna legis, sed domestica, vt oportet. Quia ideò. 1. Reg. 2. & 3. c. reprẽhẽditur Hely. quia non sic correxit filios suos. Ideò & Prouerb. 10. 13. 14. 22. 23. Virgã disciplinæ puero adhibendam pręcipit Deus. Et de ijs latius glo. in. c. cum beatus. dist. 45. & l. 1. C. de emend. propinquo. & l. 1. C. de emenda. seruorum.

¶Ea.q.3.conclu.5.fo.32. vbi in argu. ex glo. Hiero. in ca. Si Papa, dist. 40. dicitur quòd Paulus Petrum reprẽhendere non auderet, nisi se non imparem sciret &c. vltra ea quę ibi doctor optimè respondet, nota ex. b. Tho. 2. 2. q. 33. art. 4. & ibi Gaieta. & in quodlibeto de potestate Papæ, quòd Petrus habebat ex officio seu potestate ordinaria Papali auctoritatem defendendi fidem: Paulus autem specialiter & immediatè sibi à Christo delegatã vel commissam, sed sub Petro summo omnium pastore. Ideò Petrus simpliciter habebat summam potestatem defendendi fidem: & simpliciter fuit maior Paulo quo ad officium, quia summus pontifex erat: licèt secũdum quid quo ad executionem, scilicet vniuersalis curæ defendendi fidem à Christo commissæ, essent pares, vt dictum est.

¶Ea.q.3. conclu.6.fo.32. vbi optimè probat doctor, quòd peccator potest sine peccato, imò & vtiliter fratrem corripere in peccato, si tamen id debitè faciat &c. & concordat Gaieta. secundum Tho. 2. 2. q. 33. arti. 5. & q. 60. artic. 2. ad tertium, & tertia parte. q. 64. art. 6. & in quodlibeto. ¶Et quod ibi tangit similiter doctor de prædicatore nota, quòd est triplex opinio. ¶Prima quòd prędicans in peccato mortali, peccat mortaliter: quia videtur officiũ propriè sanctum & actus ordinis sacri, scilicet sacerdotij vel dyaconatus. ¶Secunda opinio est quòd prędicare in mortali ex officio cum solemnitate, vt episcopus prædicat, est mortale: sicut baptizare ex officio ecclesiastico, quia est actus sanctus: aliàs nõ nisi per accidens sit aliquando mortale, aliquando veniale: sicut corrigere aut iudicare. Et sic tenet Gaieta. in quodlibeto. Sed in. 2. 2. q. 187. artic. 1. & 3. par. q. 61. art. 6. clarius dicit quòd prædicare in mortali, vt minister huius actus, tanquam is cui ex officio ecclesia-

clesiastico hoc cõuenit, est per se peccatũ nõ quidẽ mortale semper sed aliquãdo, idq; per accidens, scilicet ratione circũstantiæ scandali & huiusmodi. Quia exercet actũ sanctum ex officio ecclesiastico sibi conueniẽte: vt qui baptizat in mortali tanq̃ minister ecclesiasticus, non autẽ peccat semper mortaliter, nisi vt dictum est: quia de se nõ est actus propriè sanctus, sed appropriatus ex ecclesiastica institutione. Ergo de se & ꝓpriè nõ est pollutiuus actus sanctificationis. ¶Tertia opinio est, quod nõ est mortale per se, sed per accidens ratione scandali, quod est aliquando mortale, aliquãdo veniale: sicut patet de corripiente & iudicante in mortali, vt hic benè dicit doctor in respõsione ad dubiũ ibi propositũ. Quia prædicare nõ est actus ꝓpriè sanctꝰ cõsecratione aliqua ordinis vel sacramenti, sed est largè sanctus, idest bonꝰ: sed est actus iurisdictionis aut officij ecclesiastici pastoralis proprius vel appropriatus: quia decet pastorẽ docere & prædicare præ alijs. Et deinde per ecclesiam appropriatur sacerdoti & dyacono: & sic tenet clarissimus doctor Medina magister meus, de pœnitentia. q. 6.

¶Ea. q. 3. in respõsione ad sc̃dm argu. principale fo. 33. vbi agitur qui peccatores sint præsumẽdi in corrigibiles, q̃ nõ, nota etiã secũdũ Gaiet. in. 2. quodlib. responsione. 5. & Adri. de correp. frat. & aliqualiter etiã facit quod habetur infrà. q. 4. sequẽti in concl. 2. ꝙ considerando solùm naturam ipsius peccati, quãdo de cõditione & qualitate personæ non constat, neq; ex alijs circunstantijs quid certius potest haberi: tũc regulariter tenẽdum est, quod de criminosis diu in suis sceleribus ex consuetudine, aut ex malicia, aut nimia passione irretitis: quales sunt hęretici pertinaces, latrones occulti, meretrices, publici vsurarij, religiosi diu peccatis carnalibus dediti & huiusmodi: nõ est ꝓbabilis cõiectura ꝙ ad secretã correptionẽ se emẽdabunt verè & ex aĩo, vt oportet: sed ꝙ potius id fingent, vel pro tunc seu ad tempus, vt posteà peius agant. Et ideò expedit tales statim denunciare prælato vel alteri, vt ad bonum cõmune vel proximi oportuerit, vt infrà. q. 4. habetur. Et in hoc concordant Floren. Richar. & Gabr. in cano. lect. 74. litera. S. ¶At verò consideratis conditionibus & qualitate alijsq; circunstantijs talis criminosi, sæpe patitur exceptionẽ regula suprà dicta. Nã aliqui sunt talis conditionis & auctoritatis & bonæ famæ amatores, ꝙ etiam si sint nimis affecti peccato

carnis & huiusmodi, saltem pre pudore & honore, aut pre timo re & huiusmodi, admoniti se emendabunt: & vel in toto vel in parte de cætero cauebunt, saltẽ non tam licenter peccantes paulatim, & tandem omnino sufficienter corrigentur: & tales sunt prius secretò corripiẽdi, & nõ sunt denũciandi, nisi secũdũ ordinẽ euangelicũ, vt doctor. q. 4. & . 5. latius prosequitur. ¶ Et secundum suprà dicta (attenta tantũ natura ipsorum criminum ex malicia) loquuntur Augu. in sermo. domini in monte. lib. 2. ca. 31. & Orige. vt habetur dist. 43. c. In mandatis. & Hiero. 11. q. 3. cap. Quando vir ecclesiasticus. de quibus etiam Oseæ. 4. Non arguatur vir &c. & Amos. 5. Prudens illo tẽpore tacebit, quia tempus malum est. Et Ezech. 3. Linguam tuam ad hærere faciã palato tuo, quia domus exasperans est. & Matth. Nolite mittere margaritas ante porcos &c. & similiter de peccãtibus ex nimia passione loquitur Ambr. serm. 82. & alij doctores dicentes, ꝙ tales ex monitionibus non emendãtur, sed deteriores fiunt. Cum quo stat (vt diximus) quòd ex dispositione seu qualitate & circunstãtia peccantis spes emendæ habeatur.

Quæstio quarta.

IN. q. 4. conclu. 1. fo. 35. vbi ait doctor quòd peccatũ publicum non in secreto sed publicè arguendũ est, cum hac conclu. concordant. b. Tho. 2. 2. q. 33. arti. 7. & ibi Gaieta. Durand. Palud. & communiter docto. in. 4. distinct. 19. & Adria. in. 4. de corrept. frat. articu. 2. ad secundum. & Gabr. in cano. lect. 74. L. R. secũdum quos etiam nota, quòd non obstan. ijs sæpe est necessaria & adhibenda prædicta monitio seu correptio fraterna, ante vel post reuelationem factam superiori: idque ad emendam fratris & propter Dei honorẽ, vt ad talem finem videbitur expedire: licèt ad bonum commune & ad punitionem iudicialem non sit necessaria, vt doctor hic & infrà. q. 5. conclu. 4. optimè dicit.

¶ In ea. q. 4 concl. 2. fo. 35. ꝙ peccata in perniciem publicam sunt statim denuncianda, vt hæresis & huiusmodi, nisi fortè quis firmiter æstimaret quòd per suam secretam monitionẽ posset huiusmodi mala impedire &c. vt ibi doctor optimè dicit, ꝙ ideò regulariter in proditione & hæresi statim procedendum est ad denunciationẽ. ¶ Vbi nota quòd id est verum quo ad hæreticos pertinaces, quòd scilicet sunt statim sine præmonitione, & sine

ordine euangelico denunciandi. Tum primò quia de talium emenda nõ est præsumendũ, qui impudenter cõtra doctrinã ecclesiæ sibi notã, incorrigibiliter audet dicere vel tenere. Tum etiã secundò, quia tales nõ sunt propriè & verè fratres euãgelici, licèt sint fratres natura, id est proximi: & per consequẽs ordo euãgelicæ correptionis cũ eis obseruandus nõ est: sicut neq; cum infidelibus secundũ Tertullianũ, Augu. Theophy. & alios docto. vt suprà. q. 1. conclu. 4. notatum est. In quo etiam concordant Archidyaco. in secunda quæst. 1. cap. Si peccauerit. & Panormi. in ca. Nouit. de iudicijs, & latius doctissimus Castro de punitione hæretic. lib. 2. ca. 25. de quo etiam vide doctorẽ infrà. q. 6. conclu. 3. & 4. & q. 7. conclu. 3. dub. 1. ¶ At verò cum hæreticis non pertinacibus, qui nec propriè dicuntur hæretici, licèt ex errore aut simplicitate teneãt aliquas hæreses aut superstitiones, ex quo parati sunt corrigi, statim vt nouerint ecclesiam aliter docere & tenere: cum his (inquam) seruandus est ordo euangelicæ correptionis, sicut cum alijs peccatoribus per eandem rationem, & quia Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. nulla fit distinctio criminum fratris euangelici. & vt habetur in cap. Solite. de maiori. & obe. & 2. q. 4. ca. Cõsuluisti: & ibi glo. Vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus. Item ad Titum. 3. Hæreticum post vnã & alte. corrept. deuita. &c. & ibi Hiero. ait quòd non sufficit semel. Ad idẽ est Ambro. Chrysosto. & Theoph. dicentes, quòd de corrigibilibus ibi loquitur Paulus. & 2. Thimo. 2. ibi cum modestia corripiẽtem &c. Ad idẽ est Greg. 3. par. pastoralis. c. 25. & Ber. serm. 63. super Cãt. & Augu. serm. 14. de verbis apostoli. & b. Tho. & alij doctores vbi suprà citati. ¶ Ad illud autem Deuteron. 13. Si quis persuadere tibi voluerit, dicens, Seruiamus dijs alienis &c. respõ. primò. i. iudiciale iã abrogatũ, secũdo ꝙ loquitur de idolatria obominabili iam cognita ab incorrigibiliter volẽte idolatrare, tertiò ꝙ loqtur qñ ꝑ testes legitimè id ꝓbari posset, vt patet ex ip̃o tex. ergo. Nã et scd̃m Gerson in tracta. de direct. cord. nota ꝙ sunt aliquæ superstitiones leues, quæ vel nõ sunt pc̃tã mortalia, vel q̃ & possunt bñ dirigi in Deũ cũ facili rectificatione intẽtiõis, & tales neq; sunt denunciandæ, neq; prelati aut inquisitores intẽdũt de ijs inquirere: nisi aliquando id expræssè ꝓpter aliqd͛ periculũ cauendũ exprimãt: tũc eñ essent eis reuelãdæ sicut & alia pc̃tã non perniciosa Reip. moni-

tione præmiſſa &c. & concordat Caſtro vbi ſuprà. ¶ Secundò nota ibidem vbi doctor dicit fo.36. in dubio, quòd ſi ſecretò ſcio Petrum inſidiari vitæ Pauli, denunciandum eſt non iudici, ſed ei qui poteſt prodeſſe & non obeſſe: aut ipſi Paulo qui poteſt denunciare iudici, vt ſe protegat &c. nota quòd id ego credo verum, ſi ſufficit ad remediũ, quod ſi non ſufficit, tunc (vt etiam doctor ibidem innuit) denuuciandũ eſt iudici, ſi ſine meo notabili detrimento id poſſum, dicendo me id probare non poſſe &c. ſed vt iudex ex ſuo officio prouideat & inquirat: & tunc ego vocatus in teſtem teneor dicere veritatẽ, vt doctor infrà quæſti. 6. concluſione tertia, & quarta latius proſequitur. Quia ſicut pro vitando nocumento Reipub. ſic & pro proximi nocumento cauendo, poſſum & debeo crimen occultum fratris reuelare, aut denunciare cum minori detrimento proximi, vt fieri poteſt, vt doctor hic dicit, & infrà quæſt. 7. concluſione. 4. ex beat. Thom. hic & ibidem allegato. &. 2. 2. q. 70. articu. 1. &. q. 68. articu. 1. & Adria. de corrept. frater. & communiter doctores concordant. & ad idem eſt Pſalm. 81. Eripite pauperem & egenum &c. & Prouerb. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, ſcilicet iniuſtè. Quia licèt ad id iudex ſpecialiter teneatur ex officio ſeu ex iuſtitia, omnes autem ad idem ex charitate tenentur.

¶ Ea. q. 4. concl. 3. fo. 36. 37. not. ꝓ hac concluſione & ꝓ hac materia, vltra ea q̃ ibi doctor dicit, ſemꝑ præ oculis habẽdum eſt, ꝙ maius bonũ minori præponatur: & mai⁹ malum poſtpoſito minori, cæteris paribus, prçaueatur quãdo vtriq; ſimul ꝓuideri nõ poteſt. Nã ſi poteſt, tunc vtriq; ſimul bono fratris ꝓuidendũ eſt, vt benè probat doctor ibidẽ. In quo & cõcordãt Tho. 2. 2. q. 33. articu. 2. 6. & 7. & de veritate. q. 3. & in. 4. diſtinct. 19. & ibi Richard. Palud. & cõmuniter doct. ead. diſt. & Gerſon alphab. 34. T. Gabr. in cano. lect. 74. Adria. de reſtitu. famæ. & de corrept. frater. Nico. Lyr. ſuper Matth. 18. & tandẽ Caſtro. de punitiõe hæreticorũ. lib. 2. ca. 25. Et hinc ſequitur, vt benè ait doctor, ꝙ eſt præmittenda monitio in peccato occulto, anteq̃ prælato aut alteri reueletur: & anteq̃ ꝓxim⁹ ab illo vel ab alio imminẽte peccato confuſibiliter amoueatur, vt habetur infrà in reſpõ. ad primũ arg. ex ca. Si ſacerdos. de offi. ord. ¶ Sed neq; tale pc̃m̃ occultũ etiã ſi ſit ꝓbabile, põt vllo mõ denũciari, vel iudicialiter ad pœnã accuſari: niſi quãdo inde mai⁹ bonũ ꝓbabiliter ſperatur, q̃ ſit

fama

fama ipsius peccatoris, quæ ex tali denunciatione periclitatur, secundum Adria. in.11. quodlibeto. In quo & cauendum est, ne (vt solet) mentiatur iniquitas sibi: dum ex praua affectione quis æstimat maius bonum ex publica punitione sperari, quàm sit fama proximi: cum potius verè contingat oppositũ: & secundum rectam rationem oppositum sperandum esset, scãdalumq; timẽdum ex dilatatione infamiæ aut criminis occulti manifestatione. De his videatur latius suprà membro.4.q.2. conclusione quarta. &.q.3. conclu.4.&c.

¶ Ea.q.4.conclu.3.dubio.3.fo.38.no.quòd cum doctore concordat Adria. de correp.frat.& in.11.quodlibeto.& secundum eam intelligentiam concordiamque doctoris,& secundum ea quę ipse infrà in responsione ad tertium argumẽtum principale dicit, sunt intelligendi Richar. & Tho. 2.2.q.33.arti.7.& in.11. quodlibeto arti.13.& Palude.& Gabri.in cano.lect.74.T.V.& alij docto.licèt indistinctè dicere videãtur, quòd tale secretũ peccatum fratris potest statim sine alia præmonitione prælato, vt patri, secretè denunciari.

¶ Ea.q.4.conclu.4.fo.38. not.quòd cum doctore similiter concordat Adria.& communiter doctores, & secundum eius intelligentiam sunt limitandi Richar.& Sum.Ange.titu. Denunciatio.§. 10.& Gabr.in cano.lect.74. V.& alij vt suprà cõcl.3. dub. 3.proximè notatum est.

¶ Ea.q.4.concl.5.fo.38.&c.no.quòd conclusio doctoris optimè ab eo probata de inductione testium in peccato occulto, intelligitur, etiam quãdo tales testes cõmodè sine dispẽdio corripientis aut alterius adduci possunt: sicut & monitio & denunciatio, vt suprà dictum est. Quia cum suo dispendio notabili nullus tenetur ad id, neque testes inducendi sunt. Et sic fortè possunt doctores omnes ad concordiam adduci. Quorum aliqui, vt Altisiodoren.& Duran.(vt refert doctor) dicebant quòd in peccato occulto nullus testis erat inducendus: quia scilicet non videtur ad quid: cum illum negare posset criminosus & dispendium corripiẽtis immineret: maximè si, vt ait Gabr.in cano.lect.74.Y.3.tale crimen non poterat probari sufficienter. Nam si esset probabile, tunc non erat timor dispendij: & tunc poterant testes adduci, secundum Gabr. ibidẽ. Sed vt optimè hic doctor disserit secundum Tho. & Gaieta.& cõmuniter doctores, dum est spes emẽ-

dæ seu vtilitatis, & notabile dispendium non timetur, talis inductio testium in peccato occulto præmittenda est. Quia & prodest ad aliquem effectum ex his quos secundum Tho. doctor refert ibidem in responsione ad primum argu. cõtrariæ opinionis. Et sic intelligo & limito Panor. in ca. Nouit. de iudicijs. & Adri. de correp. frat. & in. 11. quodlib. & Gabr. vbi suprà, licèt prima facie aliter dicere videantur..

¶ Ea. q. 4. & concl. 5. dubitatur quale peccatum sit, si aliter fiat reuelatio, quàm secundum suprà dicta omnia dictum est fieri debere: & an sit obligatio restituendi. Respõdeo ꝙ de his latius habetur in quarto membro. q. 2. & 3. ibi videatur. Insuper breuiter nota secundum Siluestri. titu. Correctio. q. 7. & Gabr. in cano. lect. 74. & Gaieta. secundum Thom. vbi suprà & in Summula. titu. Correctio & Adria. 11. quodlibeto, quòd qui facit quantum in se est, & tenetur vt sciat quomodo in reuelando vel denunciando se debet habere, & mouetur bono animo ad reuelandum vel tacendum, & tandem facit quod & quomodo sibi secundum Deum videtur fieri debere, talis non peccat, licèt erret. Quia per ignorantiam tunc ei inuincibilem excusatur: & præcipuè si tunc ad id vrgetur præcepto superioris vel aliunde: ita quòd ei non vacat tunc amplius inquirere vel facere.

¶ Ea. q. 4. conclusione. *6*. fo. 41. cum doctore & bea. Thom. & Gaieta. concordat expressè Richard. & Gabriel. in cano. lect. 74. T. V. & Adrian. 11. quodlibeto. & de corrept. frater. & Siluest. titu. Denunciatio. q. 4. Sum. Ange. & communiter doctores, dicentes: quòd vbi omnino perditur spes emendæ, cessandum est à correptione & denunciatione prælato facienda propter vtilitatẽ fratris: nisi crimẽ sit perniciosum, vt suprà dictum est: licèt Panor. videatur aliter dicere. Cũ quo tamen benè stat quòd si ex fratris induratione & omissione denunciationis timetur probabiliter scandalum, aut alijs datur libertas ad peccatum volentibus etiam secum similiter fieri: tunc pro bono communi non est cessandum à denunciatione & punitione iudiciali: dum sine notabili nocumento denunciatio fieri potest: & nisi inde aut ex punitione maius malum sequatur, quod magis vitandum sit. Et sic intelligitur Panor. in ca. Nouit. de iudicijs, vt benè, licèt breuiter doctor hic & suprà. q. 2. conclusione. 4. in secunda conditione fo. 24. tangit. & concordat Adria. vbi suprà. & facit. 23.

q.4.c. Nimium.c. Displicet.&.q.5. c. Cum homo. Facit etiam concl.7.&.8. doctoris.ad quod etiam vide infrà in doctore.q.5, per totum. Nam & propter scādalum ex malicia procedens non est omittēda correptio aut denunciatio,neque punitio, sicut nec aliud bonum opus,nisi(vt dictum est) maius malum inde timea tur. Tunc enim de correptione fraterna ad correctionem & punitionem iudicialem si probari potest propter bonum commune transeundum est,vt dictum est, & habetur ex.23.q.5. ca.Cum homo &c.

¶ Ea.q.4.conclu.7.fo.41. no. ad confirmationem ipsius conclu sionis, quòd quando solùm aut præcipuè agitur ad emendam seu medelam fratris, non autem ad pœnam legis, non requiritur neque seruandus est rigor iuris humani in denunciando, inquirendo, & testificando,& puniendo: vt de his latè agit Siluester. titu. Inquisitio.1.q.3.§.3.&.q.10.& Inquisitio.2.q.7.secundum Panormi.de iudicijs. cap. In omni. & cap. At si clerici. & communiter doctores: vt doctor hic refert & octaua conclu. sequenti & eius dubio. ¶ Ideò in religionibus rigor iuris non seruatur, neque proceditur secundum apices eius in sua denunciatione re gulari, sed secundum sua specialia statuta, vt etiam tangit doctor . q.5. & latius Siluest. titu. Inquisitio. 2. q. 9. q. 10. & titu. Iudex. 1.q. 5. §. 7. vbi & secundum communiter doctores benè declarat,quomodo intelligitur quòd postpositis apicib⁹ iuris prælati procedant : quia.s.saluis ijs quæ ad substantiam iudicij secundum ius naturale & diuinum rectamque rationem requiruntur . Et ad idem est Gaieta. secunda secundæ quæst.70.artic. 2. Nam in religionibus præcipuè agitur ad medelam seu emendam fratris per leues pœnas statutas in religione, & ad bonum religionis promouendum eiusque malum & ruinam præcauendum . Vbi autem ad pœnam iuris ageretur: tunc vtique secundum ordinem iuris legumque rigorem & statutorum omnino procedendum esset. Vide de ijs quæst.6. conclusione prima,& secunda apud doctorem.

¶ Ea.q.4.in respon.ad primũ argu.principale,fo.42. ad argu. ꝙ Deus sæpe punit occulta pctã,etiã tẽporaliter sine præmonitiõe, vltra rñsiones docto ex.b Tho.2.2.q.33.art.7.ad.1.quarũ vltima est melior(vt suprà mẽbro.1.q.2. in respon.ad.1. arg. notatũ est) nota etiã ꝙ tertio mõ põt ad id etiã scd̃m Adri.rñderi,dicẽdo ꝙ

non licet nobis in omnibus absolutè ad formam Deum imitari. Quia ille est supremus dominus omnium & legis: ideò & potest iustè aliter agere, qui nulli legi tenetur, nos autẽ nõ sic, secundum Hiero. in epistola ad Cthesiphontem. Illud autem Ephes. 7. Imitatores Dei estote &c. intelligitur respectiuè, vt scilicet, quod & quomodo nobis conuenit, & pro modulo nostro proportionabiliter faciamus, quæ nobis imitanda Deus proposuit, sicut & ipse Deus ea benè facit, quæ & quomodo ei non conueniunt. Sic etiã patet responsio ad id Num. 5. vbi occultum peccatum adulteræ miraculosè Deus reuelabat in sacrificio Zelotypiæ, quo non obstañ. maritus ille Zelotypus grauiter peccabat, si ex sola suspitione sine alia rationabili probabilitate super crimine occulto compellebat vxorem, vt bibendo aquas illas amarissimas proderetur: vt ait Adri. 11. quodlibeto in responsione ad quartum argumẽtum. & doctor etiam. q. 6. in responsione ad primũ argumentũ. fo. 58. Similiter hic posset argui ex Matth. 26. & Ioã. 13. Vnus vestrum me traditurus est &c. ad quod ex dictis patet respõsio, vltra respõsionem aliam, quæ suprà membro. 1. q. 2. in responsione ad primum argumẽtum habetur. ¶ Quòd si vlterius arguatur, quia in ca. Si sacerdos. de offic. ordi. habetur, quòd si sol⁹ sacerdos nouit peccatum alterius, debet illum amouere, ne se ingerat sumptioni Eucharistiæ, & tamen constat quòd ibi loquitur non quidem de peccato publico, sed de secreto probabili tamen iudicialiter per duos aut tres testes, quibus tantùm notum erat: aut per euidentiam facti seu demonstrationem eius: putà quia adhuc furtum sub cappa tenebat abscõditũ, aut quia vir erat sub habitu mulieris & huiusmodi: quod sacerdos solus sciebat. Ergo tale peccatum secretũ sed probabile potest publicè argui: & per præfatã amotionem peccatoris nominatim potest sine alia præmonitione & testium euangelica præinductione reuelari, & consequenter prælato denunciari. ¶ Respõdeo secundum Adri. vbi suprà negando consequent. Quia non concluditur, nec habetur ex dicto ca. quòd tale peccatum quomodolibet statim sine pręmonitiõe, & testium præinductiõe secreta, sacerdos id sciens, possit palàm arguere, & à cõione remouere. Sed solùm ibi dicitur quòd debet id facere: quod intelligitur debito modo, scilicet post secretam pręmonitionem & testium inductionem, si noluerit à peccaminosa communiõe abstinere: tunc talis peccator potest palàm

coram

coram omnibus argui,& cõfusibiliter remoueri: ex quo, vt supponitur, eius crimẽ tametsi occultũ, potest aliquomodo de prędictis legitimè iudicialiter probari & puniri. Quòd si iudicialiter probari non posset: tunc post secretam monitionem tacendũ esset,& non vltra procedendũ: sed suæ prauę conscientiæ occultus ille peccator & incorrigibilis interim permittendus est, vt suprà conclusione tertia & quarta doctor latè prosequitur.

IN q.5.in principio.fo.44.vbi doct. distinguit quatuor genera denunciationũ, secundum cõmuniter doctores, de quibus etiam latè agit Gaiet.2.2.q.89. artic.7.secundum Tho. & Sum. Ange.titu. Accusatio.§.vlti.& titu.Denunciatio.§.7.& Siluest.tit.Accusatio.licèt ibi mordeat Sum. Ange. faciens vim in vocabulis, quæ tamen à doctoribus sæpe vsurpãtur, & vnum pro altero in bono sensu accipitur. Et notẽtur hæc omnia, quia sunt valde necessaria,& ad multorum etiam intelligentiam faciunt.

Quæstio quinta.

¶ Ea.q.5.conclu.1.fo.45. vbi doctor contra Sum. Ange. probat ꝙ quilibet qui cõmodè potest, tenetur accusare peccata quæ sunt in perniciem publicam, vt ibi optimè probat, cum doctore concordat Gaieta.2.2.q.68. artic.1. & Siluest. titu. Accusatio.q.2.& communiter doctores. Et ad iura quę in oppositũ adducit Sum. Ange.titu. Accusatio. respondeo, quòd solùm valent sicut & loquuntur in foro iudiciali, vbi agitur de interesse partium, vt benè hic doctor innuit. Et ad id Matth.6. Dimittite, & dimittetur vobis &c. respondeo. Primò quòd loquitur de iniuria vel offensa in nos tantùm commissa: secus de ea quæ in damnum Reipu. vel aliorum redundat. Per hanc autem accusationem seu denunciationem, de qua loquimur, non nostram sed communem causam prosequimur. Dico.2.quòd etiam si nostram causam prosequeremur, non tenemur ex hoc præcepto charitatis remittere actionem vel interesse, sed rancorẽ, ita quòd nec accusemus nec denunciemus liuore vindictæ. De quo latius Gabr.in cano.lect. 73. secundum communiter doctores: vt etiam doctor hic in conclu.2.& 4.prosequitur.

¶ Ea.q.5.conclu.4.fo.48.vbi doctor ait, quòd in foro conscientiæ quoties quis habet ius accusandi, eodem iure potest sine præ-

uia monitione statim accusare, nota quòd non obstañ. ijs quæ ibi à doctore, & quidem benè dicuntur, potest etiam dicere quòd licèt ratione boni cõmunis aut interesse partis, quod in accusatione prætenditur, non sit necessaria præuia monitio, vt ibi doctor dicit, at verò ratione emendationis fratris, cuius salus non est omnino postponenda, quomodocunq; cõtra eum agatur, est necessaria monitio ante vel post accusationem: sicut ad talem finẽ videbitur expedire, & in hoc communiter doctores concordãt, vt suprà. q. 4. conclu. 1. etiam tactum est.

¶ Ea. q. 5. conclu. 5. fo. 48. not. quòd de omnibus ibi pulchrè & breuiter tactis à doctore possunt multa videri apud Summistas. titu. Accusatio, Calumnia, Collusio, Prȩuaricatio &c. quæ ad forum conscientiæ sufficere possunt.

¶ Ea. q. 5. conclu. 6. fo. 49. doctor duo dicit. Primò quòd omnia præcepta veteris legis etiã moralia cessauerunt, quantum ad vim quã habebãt ab ipsa lege antiqua. Secũdò dicit consequẽter. Ob idq; argumẽtũ huiusmodi, Hoc antiquitùs obligabat de iure diuino: ergo & nunc obligat de iure diuino, nihil est aliud quàm hæreticum. Hæc ille. ¶ Vbi not. quoad primũ punctũ sunt duæ opiniones quo ad moraliũ cessationẽ, nã de alijs nõ est dubium. Prima opinio est, quam ibi sequitur doctor, quòd vtiq; moralia cessauerũt, quantũ ad vim obligatoriã, quã ab illa lege veteri habebant, sed si nunc obligant iure diuino, id ideò est, quia in lege noua per Christum iterum præcepta sunt, saltẽ reductiuè vel implicitè in decalogo per Christũ renouato, & ĩ præcepto dilectionis Dei & proximi: & in lege naturali per Christũ præcepta ibi, Quod tibi fieri vis alteri fac &c, Et rõ huius opi. est quia tota lex vetus prorsus cessauit in pasione Christi: secundum id Hebr. 7. Trãslato sacerdotio necesse ẽ, vt legis trãslatio fiat. Vbi nõ fit vlla distinctio inter pcepta moralia, aut ceremonialia, aut iudicialia. Ergo secundum cap. Solite de maiori & obe. vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus. Et ad idem videtur Hebræ. 10. & Ro. 3. & . 4. & . 7. & . 10. vbi habetur quòd lex vetus omnino cessauit sine vlla differentia legalium, ceremonialium, aut moralium. Et pro hac opi. facere videtur Alexand. Hall. quarta parte. q. 6. membro. 5. artic. 1. vbi ait: quòd sacramenta veteris legis: imò & lex ipsa sub ea ratione qua tunc ligabat, cessat nunc. Item multi alij doctissimi viri tenẽt hanc opi. ¶ Alia est opinio in oppositum,

Prima opinio.

2. opinio.

positum: tenens quòd eadem moralia manent etiam nunc sub eadem obligatione iuris diuini, sub qua in lege veteri erant. Nã de obligatione iuris naturalis etiam non est dubium. Quod probatur. Primò quia nisi sic dicatur, ergo superfluè & impertinenter doctores sancti, pontifices & concilia allegarent auctoritates veteris testamenti ad probandum, seu ostendendum aliquid esse etiam nunc de iure diuino obligatoriũ: si non haberẽt vim obligatoriã ex eadem lege seu iure diuino antiquo: vt patet. Quia in cap. Super eo. de vsuris. dicitur quòd quia crimen vsuræ vtriusq; testamenti pagina prohibetur: ideò super hoc dispensatio fieri non potest. Et ibidem Panor. & Archidyaco. in dist. 19. ca. Ita dominus. & Turrecremata ibidem dicunt, quòd nec in nouo, nec in veteri testamento Papa potest dispensare: & constat quòd loquuntur de veteri testamento, quo ad moralia ibi contenta, nam ceremonialia & iudicialia abolita sunt. ¶Secundò probatur idẽ. Quia in veteri testamẽto multa scripta sunt & mandata, pro tempore legis gratiæ prophetata: & talia sunt valida ad ostẽdendum multa esse nunc tẽpore gratiæ credẽda, agẽda & vitanda, quale est id Esa. 60. quod de ecclesia Christi, quæ tunc nondum erat dictum est, Gens & regnum quod non seruierit tibi, peribit. Et Esa. 65. Oẽs in cede corruetis, quia vocaui, & nõ respondistis. & Prouerb. 1. Quia vocaui & renuistis &c. & Esa. 66. Ad quem aspiciam, nisi ad pauperculum contritum corde? & Ezech. 18. &. 33. Anima quę pecca. ipsa morietur, & quoties ĩgemuerit peccator, amplius nõ recordabor &c. & Eccle. 9. Nemo scit vtrum odio vel amore dignus sit. & Eccle. 3. Qui amat periculũ, peribit in illo. & Psalm. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo &c. Qui non dedit ad vsuram &c. & Ezech. 18. Qui advsuram dederit morietur &c. & Deuterono. 16. Iustè quod iustum est exequeris &c. & propemodum infinita sunt huiusmodi in toto veteri testamento dispersa, quæ non habentur in nouo, saltem in tali forma: ex quibus validum sumitur argumentum, quòd sint de iure diuino antiquo etiam nunc obligatoria. ¶Si ad hoc effugiendo dicatur, primò quòd moralia illa, quę habẽtur in Psal. & prophetis & alijs libris agiographis, hystorialibus, & sapientialibus benè valẽt etiam nunc, vt tunc: suntq; obligatoria ex iure diuino antiquo: qa scilicet tũc illa præcepit Deus ꝓ omni tpe, nõ aũt illa q̃ habẽtur in legę Moysi, q̃ ꝓpriè dicitur lex vet⁹, q̃ oĩno cessauit.

¶Item

¶ Item secundò quòd ideò illa moralia nunc adducuntur: nõ quidem ad probandum quòd etiam nunc obligent virtute illius legis aut testamẽti veteris, sed virtute legis nouę, pro qua illa sunt tunc prophetata, & explicitè prædicata: vt sic cognoscamus explicitè ea moralia quæ in lege noua implicitè continẽtur: & virtute eius nunc obligant, vt dictum est. ¶ Contra primam euasionem arguitur. Quia qua ratione tota lex vetus per passionẽ Christi, etiam quo ad vim illius legis, quo ad moralia cessasset: eadem & totum testamentum vetus omniaque in prophetis & cæteris libris habentur: quia non dabitur sufficiens ratio discriminis. Alioqui etiam ceremonialia contenta in prophetis & alijs libris veteris testamenti, vt Ezech. 18. Si ad menstruatam non accesserit &c. Esa. 52. Pollutum nolite tangere &c. & 2. Corin. 6. Item Hiere. 17. Nolite portare pondera sabb. &c. etiam nunc manerent de iure diuino obligatoria: non quidẽ virtute legis Moysi, sed virtute pręcepti diuini per ꝓphetas illos promulgati. Neq; secunda euasio valet. Nam si solùm valerẽt nunc vt explicata, nõ autem vt obligatoria ex lege diuina antiqua: certè non allegarẽtur vt illius legis obligatoria: maximè quia multa sunt, quę non facilè reduci possũt ad aliquod obligatoriũ in lege noua explicitè contẽtum. Ergo, Tertiò probatur idem. Quia nulla videtur ratio quare Deus seu Christus reuocauerit sua præcepta bona de moralibus: quæ tamen in lege noua iterum pręcipienda erant: sicut est de alijs legalibus, quia scilicet illi tãtùm statui hæc conueniebant non statui gratiæ, vt proximè dicetur: moralia autem pro omni statu etiam gratiæ conueniebant. Quia, vt ait Alexan. vbi suprà in respõsione ad. 28. Semper scripta sunt in cordibus nostris: secundum id Ro. 2. Ostẽdunt opus legis scriptum in cordibus suis. Ideò ergo cessare nõ debuerũt semel à Deo præcepta moralia: sed semper in sua vi & obligatione iuris naturalis & diuini permanserunt, ex quo semel à Deo data sunt. ¶ Et pro hac secunda opi. expressè est clarissimus doctor Medina magister meus de restitu. q. 40. de vsura. Faciunt & communiter doctores omnes dicentes expressè quòd lex vetus est euacuata, & cessauit quoad ea tantùm, quæ propriè sunt veteris legis, scilicet quo ad positiua præcepta ceremonialia & iudicialia seu legalia: non autem quo ad moralia quæ in sua vi manent nunc, sicut & tunc, & semper, vt patet in. b. Tho. 1. 2. q. 100. arti. 1. & 11. & q. 107. art. 2. ad primũ

& artic.

& artic.vlti.ad tertium.& Alexand.Hallen.4.par.q.6. membro 5.art.1.&.3.&.5.& Duran.in.4.dist.1.q.vlti.& latius Abulen.sequax bea.Tho.super.1.Reg.8.q.149.& super Matth.5.q. 177. quod si lex illa manet quo ad moralia, ergo & sua obligatio & vis quo ad illa moralia manet. Non enim manet lex, vbi eius vis seu obligatio non est, vbi notanter non solùm dicunt quod illius legis moralia manent: sed & quod illa lex quo ad moralia manet in sempiternum, quia scilicet eius vis & obligatio sicut & legis naturalis quo ad moralia manet, vt dictum est ex Alexan. vbi suprà. Ad rationes autem oppositæ opi. ex Hebræ.7.&c. Respondeo quod lex vetus propriè dicitur lex positiua diuina quo ad ceremonialia, & iudicialia, seu legalia tantùm, non autē quoad moralia, quę semper eadem sunt omni tempore & natiōe: quamuis in hac & illa lege idētidē præcipiantur: sicut lex euangelica propriè dicitur quo ad sacramenta & fidem Christi explicitā, & quo ad ea quæ sunt gratiæ Christi, vt latius prosequitur Abulen. & Alexan. vbi suprà, & patet ex Hebr.7.&.10. Vmbram enim habens &c. & Galat.4. Lex pædagogus fuit &c. & Matth.5. Non veni soluere legem &c. & Matth. 11. Lex & prophetæ vsque ad Ioannem &c. & hæc lex vetus propriè sumpta est quæ euacuata est, & cessauit omnino quo ad omnem vim suam legalium duntaxat. Neque oportebat quod Hebr.7. &c. fieret talis distinctio legis quo ad moralia & ceremonialia: cum iam ibi & alibi in locis allegatis satis dicta distinctio constaret: simul & ex intentione Pauli ibidem de legis cessatione loquentis. Ad Alexand. autem respondeo, quod non dicit quod moralia illius legis cessant quo ad vim, quam ab ipsa lege habebāt: sed quod lex ipsa cessat nunc sub ea ratione, qua tunc ligabat. Quod potest intelligi sub ea ratione, scilicet qua differt à lege noua, scilicet, vt imperfectum à perfecto. Quia illa erat lex figuræ, oneris & timoris: lex autem noua est lex veritatis & gratiæ, suauitatis, & amoris: vt ibidem ipse latius prosequitur & Bo.vent.in.3.dist.vlti.&.b. Tho.1.2.q.107. & Gabr.in.3.dis.37.&.40.& in. 4.dist.1.q.4.dub.4.& quod sic intellexerit Alexan. patet. Quia eo.artic.in responsione ad duodecimum argu. expressè dicit legem quo ad moralia nunquam cessasse, neque vim suam amisisse, vt suprà dictum est. Quod si doctor adhuc contendat fuisse illum suæ opinionis: donemus illi, vt habeat doctorem grauissimum quo se tueatur: dum modo

ipſe etiã conuictus nobis cõcedat doctores cõmuniter oppoſitũ ſentire, vt ſuprà probatum eſt. ¶ Iam verò quo ad ſecundũ punctum vbi ait hæreticũ eſſe argumentũ: Hoc obligabat antiquitus de iure diuino, ergo & nunc obligat de iure diuino: vtiq; miror eruditiſsimum virũ tam facilè de hæreſi pronunciaſſe: ibi præſertim vbi ſciebat opiniones eſſe doctorum, litemq; adhuc ſub iudice pendere. Niſi fortè non perſonæ ſed ſui inſtituti ea cõſuetudo eſt. Sed quid ſi ipſe etiam doctor eo argumento vſus eſt? dum ſuprà. q. 3. conclu. 3. fo. 30. in tertia confirmatione ex Ezech. 3. probat prælatos vt pote ſpeculatores ex iure diuino teneri ſpecialiter præcepto correptionis fraternæ. & quæſt. 1. conclu. 1. fo. 18. in confirmatione ſecundæ probationis ex illo morali veteris legis. Exod. 23. & Deuterono. 22. Si occurreris boui aut aſino inimici tui erranti, reduc eum: probat correptionẽ fraternam eſſe de iure diuino. Quæ probatio vtique impertinens & nulla eſſet, niſi præſupponeret præceptum illud morale habere adhuc vim ſuam ex iure diuino illius veteris legis.

Quæſtio ſexta.

IN. q. 6. conclu. 1. dub. 3. fo. 52. ad maiorem declarationem eorum quæ ibi à doctore pulchrè dicuntur: notentur ea quæ doctor ipſe infrà. q. 7. conclu. 3. fo. 62. 63. ex Gaieta. ſecunda ſecundæ quæſt. 69. artic. 1. & 2. & Siluestro. titu. Teſtis. dicit: quæ ſcilicet requirãtur, vt ſint indicia ſufficientia & æquiualentia ſemiplenæ probationi & manifeſta. Quis etiam dicatur teſtis omni exceptione maior. Quomodo etiam probetur infamia, ibidem apud doctorem videatur.

¶ Ea. q. 6. conclu. 1. dubio. 4. fo. 53. nota quòd opinionem, quam ibi reprobat doctor, tenet Gerſon alpha. 34. Q. & ad eam declinare videtur Sum. Ange. titu. Denunciatio §. vltim. & titu. Confeſsio delicti. §. 1. ſecundum Panor. in cap. Super. de confeſsis. & multi alij canoniſtæ, & clariſsimus doctor Medina in ſua lectura ſuper quarto Gabrielis diſtinct. 15. q. 6. dicens quòd talem criminoſum occultum ſi ego ſolus vidi, teneor iudici per obedientiam vel per iuramentum etiam generaliter inquirenti reuelare: non autem ſi mihi ſub ſecreto dictum eſt. ¶ Sed certè opinio doctoris videtur probabilior & eſt cõmunis. Quia nõ dicitur crimen

men publicum nisi in ordine ad personam: sicut neque dicitur quis reuelare confessionem nisi crimen in ordine ad personam reuelet: quamuis effectus peccati sit manifestus. Et concordat Siluester. titu. Correctio. q. 8. & titu. Inquisitio.1.q.3.§.3. secundum Palud. in.4.distinct.19.quæst.vltima. quod scilicet in casu præsenti iudex non potest specialiter contra aliquem inquirere: neq; quis tenetur se vel alium reuelare, nisi legitimè producatur in testem: aut nisi talis criminosus sit de tali crimine infamatus: aut indicia sufficientia sint contra eum: aut nisi tale crimen adhuc in futurum vergat in dispendium tercij aut Reipub. vt doctor infrà conclusione tertia, & quarta, &.q.7. conclusione tertia dubio primo latius prosequitur. Et addit Sluester. titu. Correctio.q. 8. quod eo casu prælatus aut iudex debet vtique inquirere, & præcipere generaliter super veritate dicenda: vt sic suo satisfaciat officio publico & scandalo: & quia fortè erunt indicia sufficientia ad specialiter inquirendum contra criminosum illum. Sed tale præceptum & iuramentum intelligendum est, saluo ordine iuris, vt dictum est: sicut & omnia generalia præcepta intelligenda sunt, vt habetur infrà conclusione secunda. Ideò neque qui id solus scit, debet in particulari respondere, aut reuelare veritatem, nisi vt dictum est. Et hoc sanè placet mihi & satisfacit: quamuis doctori non faciat satis. Nam & saluat generalem totius ferè orbis consuetudinem, quæ sine ratione manifesta condemnada non est, vbi facilè & rationabiliter iustificari potest. ¶ Quomodo autem in tali casu posit quis per verba equiuoca respondere se nihil scire, latius prosequitur doctor in tertio membro quæst.3. ¶ Quod etiam Siluester. titu. Correctio. quæst.9. & cōfessio delicti.quæst.1. & excommunicatio.2. quæst.8. addit, dicens: quod is qui secretò scit talem criminosum occultum, si non reuelat secretè iudici seu prælato, dicens se id probare non posse, vt sic iudex ex suo officio inquirat, aliàs incurret excommunionem contra non reuelantes inflictam: id vtique non est verum, vt latius & optimè probat doctor infrà in tertio membro quæstio. prima. conclusione quarta, in dubio ibi proposito. ibi videantur.

¶ Ea.q.6.conclusi.1.dubio.5.fo.54.nota quod cum opin. Palude est Siluester. titu. Inquisitio. 1. quæstione.3.§.4. & fortè videtur

ad idem

ad idem Gerson.alphab.34.Q. Sed opinio cõmunis est cum do ctore, quam sequitur Gaiet.2.2.q.4.69.art.1.&.2. secundũ Tho. &.q.70.artic.1. & in.2.quodlib.respon.5.& Adria.in.11.quodli. in respon.ad primam difficultatem. ¶ Et vbi suprà addit Gaieta. quòd etiam si iudex sciat peccatum alicuius à tribus vel quatuor, non per modum iudicij sed aliàs secretè: non potest iudicialiter cogere reum ad delictum confitendum. Benè tamẽ potest ex suo officio procedere ad inuestigandũ vel inquirendum contra illũ vt aliàs oportet. Potest etiam incitare aliquem illorum ad accusationem, vel depositionem contra eum, secundum modum suprà dictum, vt sic debitè faciat delictum & delinquentem legitimè in publicum venire, vt publicè puniatur, si id expedit ad vtilitatem publicã vel ipsius: vel vt alterius nocumento seu damno caueatur, dum aliter caueri nõ potest: & nõ alio modo. Non enim sunt facienda mala, vt veniant bona: & Deutero.16. Iustè quod iustum est, exequeris. Vide etiam de hoc Siluestrina. titu. Inquisitio.1.q.4.q.8.

¶ Ea.q.6.conclu.1.dub.vlti.fo.54.no.quòd cum doctore & Gaieta.concordat Adria.11.quodlibeto, in responsione ad quintam difficultatem.& ad secundũ argumentum principale secundum Henrri.Gand.in primo quodli.q.33.& Siluest.titu. Inquisitio.1. q.3.§.5.&.q.4.&.5.& titu.Indicium.q.5. Ita quòd hac ratione ꝙ scilicet sunt complices vel socij criminis, nõ potest inquiri contra eos: neque quis aut alter alterum debet reuelare, nisi precesserit infamia vel indicia: vel ad præcauendum damno communi vel alterius pendenti in futurum, vt benè ait doctor hic & infrà conclu.3.&.4.in casibus ibi explicatis. Quia & dum tale peccatum sociorum nescitur ab alijs nisi ab ipsis duntaxat, non dicitur publicum, neque legitimè probabile testibus iuridicis. Nam ipsi complices non possunt esse testes iuridici contra seipsos: quatenus sunt in crimine socij aut rei talis criminis: nisi aliũde id sciãt, & vt tales adducãtur in testes: aut nisi aliàs per alios testes illi cõplices conuincantur: vt ait Gaieta. vbi allegatur à doctore. Quòd si crimen complicũ esset in perniciem seu nocumentum Reipu. vel alterius adhuc pendens in futurum, tunc benè potest inquiri contra eos specialiter, etiam si non esset infamia vel indicia: & quilibet eorum tenetur alios reuelare testificando, denunciando, vel accusando, etiam sine pręcepto superioris, si aliter tali damno

proui-

prouideri nõ poteſt:ac ſic nõ eſſent complices, vt ſuprà q.4. cõclu.2. Et in hac.q.concluſi.3.&.4. infrà latius habetur à doctore & ibi notatur &.q.7. præcipuè conclu.3.&.4. habetur:& cũ prædictis omnibus concordat etiam Siluester titu. Teſtis.q.1.§.12. & glo.in.c: Siquis. diſt.79.& communiter doctores. ¶ Sed & nota quòd (vt ſuprà.q.4.conclu.7.notatũ eſt) in religionibus vbi prȩcipuè non agitur ad pœnam iuris, ſed ad emendam delinquentiũ & eorum & religionis malum præcauendum: non ſeruatur rigor iuris ſuprà dictus. Ideò ibi interrogantur criminoſi de ſuis complicibus, & fit inquiſitio de eis, etiam nulla eorum infamia aut indicijs exiſtentibus: & maximè in criminibus pernicioſis, ſeu vergentibus in ſcandalum & dedecus religionis, quãdo aliàs tali diſpendio commodè prouideri non poteſt. Et tunc ſecundũ ipſius religionis ſtatuta & conſuetudinem tenẽtur ſubditi de cõplicibus interrogati dicere veritatem, vt ait Palude in. 4. diſt.19. q.vltima. Et in dubijs ſtandum eſt pro parte prælati inquirentis & pro eius iuſtitia præſumendũ eſt, maximè in caſu præſenti, vt ſuprà.q.4.conclu.7.& latius membro.3.q.2. habetur à doctore. Et ad prædicta facit quod in cõſtitu. generalib⁹ antiquis Farinerij ordinis Minorum, quas approbauit ſanctus Bo. vẽt. in cap.6. ſic habetur. Nullus frater dogmatizet, vel teneat quòd cum aliqui ſunt ſocij in crimine non teneatur alter alterutrum reuelare ſuperiori qui poteſt & debet prodeſſe: & periculis perſonarum & ordinis præcauere. Nam ex ſententia Bonauenturæ & magiſtrorũ ordinis & totius capituli generalis diffinitũ eſt, quòd hæc doctrina eſt peſtifera & in deſtructionem ordinis & regularis diſciplinæ: cum prȩlati ſcire debeant ſubditorum exceſſus non ſolùm vt puniãt, ſed vt poſsint prȩcauere. Hȩc ibi. Quod ſtatutũ eſt intelligendum quando talis reuelatio eſſet expediens aut neceſſaria, vt prȩlat⁹ tali dãno religionis prouideat: dũ aliter vel per alium ei ſufficienter & certò prouideri non poteſt, vt patet ex ſuprà dictis hic & ſuprà.q.4.cõclu.2.&.3.&.4.& in hac q.6.concluſio.2.ſequenti.

¶ Ea.q.6.conclu.2.fo.55.nota cum ibi dictis à doctore cõcordat latè Siluester titu. Inquiſitio.[illegible].& communiter doctores, de quo etiam videatur infrà q.7.cõclu.3.quia facit ad rẽ. ¶ Nam & pro regula generali tenendum eſt, quòd quando ſuperior generaliter vel etiam ſpecialiter ſub excommunione præcipit, quòd ei re

 ueletur.

ueletur, quod quisq; nouerit super tali re id vtiq; intelligendum est, secundum ius & ordinem eius. Quòd si aliter intendat superior, peccat: & non ligat eius præceptum, nec excommunicatio, vt de hoc habetur etiam à doctore membro.3.q.1.conclusio.3.& 4.&.q.2.conclusi.2.3.&.4. Et in hoc concordant. B. Tho.2.2.q. 33.artic.7.ad vltimum. Gerson alphab.34.q.33.litera.Z. & Gaieta.in.2. quodlibeto.respon.5. Adria.de correptio. frater. in responsione ad tertium argumentum. Siluester.titu.Correptio.q.7. titu.Denunciatio.q.4.titu.Inquisitio.1.q.3.&.7.& communiter doctores. Et nota secundum sum. Ange.titu.Denunciatio. §.13. & Siluester. Excommunicatio.2.q.8.& Correctio.q.9.& Inquisitio.1.q.1.&.3. quòd prælati ex officio suo visitantes & inquirentes id faciunt communiter, vt iudices ad vtilitatem publicam, vt puniant: nisi quãdo specialiter exprimunt, vt etiã tãquàm patribus id sibi reueletur. Sed id rarò nisi in religionib⁹ fit, vbi prælati visitant vt iudices & vt patres ad bonum publicum & priuatum, vt remedium apponant cum minori dispendio personarũ. Ideò in religionibus vtroq; modo secundum ius subditi tenẽtur dicere veritatem præcipientibus, vt quilibet eis dicat quod scit. Iudicibus autem non nisi probare possint, vel nisi sint indicia, vt suprà dictum est & dicetur, quia ad puniendum inquirunt. Et sic limito Siluestrum.tit. Correctio.q.10. igitur subditus faciat quod ipse tenetur, cauendo semper grauius malum secundum ius naturale & diuinum: quia contra hoc nullius prælati præceptum obligat, modò prçlatus corrigat vel emendet, modò nõ. Ad prçdicta facit.cap. Si quando. de rescriptis. ¶ Ex dictis sequitur secundum Adri.11.quodlibeto. in responsione ad secundum argumẽtum principale, quòd quando à iudice fertur generaliter excommunicatio, vt reuelet qui scit impedimentum matrimonij: si non potest reuelari, nisi prodatur peccatum occultum alicuius: tunc quì scit tenetur reuelare illi tantùm qui potest prodesse & non obesse scilicet occultè, vt ille tanquàm pater secretè prouideat si cõmodè potest secundum August.22.quæstio.5.cap. Hoc videtur: sicque potest reuelari prælato id inquirenti secretè, vt tanquàm pater prouideat quando per alium non potest cum minori detrimento remedium apponi, vt suprà.q.4.conclu.3.&.4.&.7.&.8. latius habetur. Non autem potest reuelari iudicialiter ipsi iudici ad puniendum iudicialiter: nisi legitimè producatur in testem ab

accu-

accuſatore ſecundum Nico. Lyr. ſuper Leuit. 5. & Palud. in. 4. diſtin. 28. q. 2. articu. 5. & diſtin. 27. q. 1. articu. 3. & doctor ſuprà in hac quæſt. &. q. 7. latius dicit. Quòd ſi neq; per prælatum, neq; per alium ſuper tali crimine occulto aut impedimento matrimonij poteſt ſufficienter & cõmodè de remedio prouideri: quid faciendum ſit, videatur ſuprà. q. 4. conclu. 7. &. 8. & Medina de confeſsione. q. 26. quia ſæpe expedit tacere & maximè vbi ignorantia inuincibilis excuſat. ¶ Tandem nota quòd aliud eſt monaſterium ſeu communitatem, aliud perſonam ſeu perſonas ſpetiales eſſe diffamatas. De quo & quomodo tunc ſe quiſq; habere debeat videatur etiam Silueſter. titu. Inquiſitio. 1. quæſtio. 7.

¶ Ea. q. 6. cõcl. 3. fo. 55. 56. nota q̃ ad declarationẽ eorũ, quæ ibi à doctore optimè dicũtur, faciũt etiã ea quæ cõclu. 4. ibidẽ ſequũtur. Et ſuprà. q. 4. cõclu. 2. &. q. 7. cõclu. 3. in reſpõſione ad. 1. dubium. fo. 64. habẽtur. Nã & ideò furta ſecreta proximorũ ad pręceptũ iudicis reuelãda ſunt, quãdo aliter nõ patet remediũ: quia ſunt in præiudiciũ tertij, vt patet hic & ex dictis in. q. 2. præcedẽte. Nota etiã quo ad vltimũ caſum ibi poſitũ, q̃ in caſu quo crimen meũ dãnoſum reipu. vel proximo ego benè poſſem cauere ſine vlla mei ipſius reuelatione iudiciali: tũc nullo iure teneor me prodere, etiam ad præceptum ſuperioris, vt doctor optimè dicit q. 7. conclu. 3. in reſponſione ad primum dubium. fo. 64. Si autẽ tale damnum nullo modo cauere poſſum, niſi me reuelem, tunc iure diuino & naturali etiã non interueniente præcepto ſuperioris teneor me reuelare: non quidem prælato, ſed illi tantùm qui poteſt prodeſſe & non obeſſe, quatenus eſt neceſſarium ad præcauẽdũ tale dãnũ & non amplius: prouidẽdo ſemper maiori malo poſtpoſito minori. Et à fortiori tenerer ad idẽ, ſi ſuperior ſub excõmunione præciperet generaliter aut ſpecialiter: tenerer (inquam) non quidem ex vi præcepti ſuperioris, q ſuper talia occulta nil iuris habet ad præcipiendum, ſaltem quo ad forum iudicialem, vt doctor. q. 7. fo. 64. benè probat: ſed ex vi iuris naturalis & diuini ad præcauendum damnũ tertij, vt dictũ eſt, vt hoc etiã ait Adri. 11. quodlibeto in reſpõſiõe ad. 5. arg. principale & in. 4. de reſtitutione famæ. Vtrum autem ſi prædicto modo nõ me reuelẽ, incidã excommunionẽ latam propter id, ſunt opiniones. Nam Adri. vbi ſuprà cum multis alijs doctoribus tenet quòd nõ: alij autem plurimi tenent quòd ſic, quorum ſententia mihi ma-

gis placet, vt in alio nostro tractatu de ignorantia.q.23.propositione.3.latius egimus.Ibi videatur.

¶Ea.q.6.conclu.4.fo.56.57.nota pro hac conclusione etiam ea quæ suprà conclu . 1. dubio vltimo habentur & ibi notata sunt, quia faciunt ad rem.

¶Ea.q.6.in responsione ad primum argumentum.fo.58.vide suprà.q.4.in responsione ad primum argumentum & suprà mẽbro.1.q.2.in responsione ad primum argumentum habentur & notata sunt. ¶Item contra illud ca.Consuluisti.2.q.4.(quod doctor ex beat.Tho.pro se adducit) replicatur,quia.2.q.5.cap.Sæpe contingit.Cõcilium Guarmacien.statuit ad deprehendendũ furem occultum in monasterio quòd missa celebraretur coram omnibus,& singulis Eucharistia daretur sub hac forma, scilicet Corpus Christi sit tibi ad probationem hodie. Nunc autem nemini licet Eucharistiam sumere in attestationem suæ innocentiæ cum sit nocens:ergo illo modo potest inquiri crimen ocultũ: & reus tenetur se ipsum illo modo prodere,antequàm sumat Eucharistiam. ¶Si ad hoc dicatur (secundum glossam ibidem & beat. Tho.in.4.distinct.9.quæst.5.articu. 2.ad secundum. Et in secunda secundę.quæst.95.articu.8.& hic doctor secũdum eum dicit, quòd iam illud concilium de rogatum est, quia suspectis non debet dari Eucharistia de consecratione distin.2.capit.Fratribus,& de purgatione vulgari. cap. Dilecti, quia esset tentare Deum. ¶Contra hoc replicatur. Quia ex tali responsione sequitur aut virtualiter talis responsio vult dicere, quòd illud conciliũ errauit aut id malè disposuit,quod absit. ¶Ideò alio modo respõdeo secundũ Adri.vbi suprà quòd scilicet illud fuit tũc licitè dispositum seu statutum,iu casu tantùm quo licitè potest fieri inquisitio de crimine occulto:quando scilicet criminosus occultus se prodere tenetur,aliàs ad præcauedum dãnum tercij seu reipu. quod nisi se prodendo cauere non potest,vt suprà conclu .3. dictum est:putà si congregationi vel alicui innocenti notabile prę-iudicium famæ vel personæ ex furto vel alio crimine occulto immineret:quia etiam nũc similiter per Ecclesiam posset statui,sicut indicto concilio statutum est. Quòd si talis casus necessitatis nõ occurrat:quia scilicet sine sui proditione potest aliter tali dispendio cõmodè prouideri, aut quia nullũ alteri imminet dispẽdiũ:tũc reus occultus poterat occultè pœnitere, & sic Euchari-

stiam

ſtiam ſumere ſine peccato & ſine ſui proditiõe. Neque quicquã pertinet ad eum qua mente aut intentione ſacerdos ei Euchariſtiam tradat: quãdo ipſe ſolùm intendit eam ad animæ ſalutem, & non in ſignum ſuæ innocentiæ à crimine recipere: niſi fortè vt in publico innocens eſt & reputatur. Sicque ex diſpoſitione illius concilij nullum ſequebatur inconueniens contra prædicta: neque erat tentare Deum: quamuis talis probatio ſecundum illud concilium non ſit in vſu, & aliter iam diſponit Eccleſia, vbi ſuprà, propter pericula vitanda, & propter alias rationabiles cauſas, & fortè hoc voluit vbi ſuprà dicere. b. Tho. & doctor ſecundum eum.

¶ Ea. q. 6. in reſponſione ad ſecundum argumentum principale, fo. 58. ad cap. Quidam maligni, nota, quòd reſponſio doctoris ibi poſita eſt optima: & cum eo concordat doctiſsimus Caſtro, lib. 2. de lege pœnali. cap. vltimo. conclu. 2. ¶ Sed vtrum excommunicatio valida poſsit infligi pro crimine omnino præterito, ſunt opiniones. Nã quidam doctores tenent quòd non, cũ quibus eſt Caſtro vbi ſuprà, & doctor in hoc loco & alibi: quod & probare nituntur per ca. Romana. de ſenten. excom. lib. 6. vbi dicitur quòd nec in ſpecie, nec in genere pro culpis & offenſis prȩteritis, vel præſentibus excõmunionem abſque competenti monitione præmiſſa promulgent: & ſi contrà prȩſumpſerint, iniuſtam nouerint illam eſſe. Hȩc ibi. Et ratio eſt quia (vt ait doctor) vbi non eſt inobedientia eccleſiæ, non eſt contumacia, neq; cauſa excommunionis, vt patet Matth. 18. & in ca. Nemo epiſcoporum. 11. q. 3. communiter dicunt doctores, & ibi glo. ¶ Alia opinio eſt, quam tenet glo. in eo. c. Romana. & Gaieta. vbi allegatur à doctore. & Silueſt. titu. Excommunicatio, primo notabili. 3. & 4. & excommunicatio ſecundo, notabili ſecundo, & dubio. 11. & Almayn de poteſtate eccleſiaſtica. c. 10. & multi alij quibꝰ & ego ſubſcribo, quòd Papa, qui legi eccleſiaſticȩ non ſubijcitur, poteſt licitè, & validè pro peccato omnino præterito excommunicare. Alij autem non: ſed neque pro futuro ſine præmonitione: ita ꝙ ſi aliter faciunt, peccant quidem contra formam iuris agentes, ſed excommunicatio tenet: quia licèt ſit iniuſta, non tamen inualida. Ad idem faciunt expreſſè cap. Guiliſarius. 23. q. 4. vbi Papa excommuncauit quoſdam, quia ipſum deceperunt & comprehenderunt. Vbi patet quòd pro illa culpa omnino præterita

Prima opinio.

Secunda opinio.

illos excommunicauit: & hac occasione prohibuit ibidem de cætero sub excõmunicatione ipso facto simile fieri. Item. ca. In primis. 2. q. 1. vbi quidam excõmunicãtur, & in monasterio ad agẽdam penitentiam recluduntur, quia contra ordinem iuris procedentes condemnauerunt quendam episcopum, & alium loco eius ordinauerũt. Itẽ facit ca. Ex parte de verb. signifi. Ad idẽ facit ca. Si sacerdos de offi. iudi. ordin. & ibi glos. expressè. Neq; ex Matth. 18. probatur nisi quod dictum est: insuper & datur modus iustę excõmunicationis tantũ. Et talis excommunicatio pro peccato omnino præterito est medicinalis: sicut & aliæ pęnę pro peccatis omnino præteritis, vt peccator ipse & alij timeãt de cætero similia patrare. Sicut &. 1. Corinth. 5. ca. Paulus tradens satanæ excommunicauit illum incestuosum pro peccato omnino iam præterito. Ideò standũ est formæ excõmunicationis: quãuis piũ sit excõmuniones pro furtis & huiusmodi interpretari, vt cõmuniter feruntur, scilicet nisi intra talem terminum restituantur vel si non reuelẽtur, vt ait doctor. ¶ Et ad rationem ꝙ scilicet vbi non est in obedientia ecclesiæ, ibi non est contumacia, neq; causa excõmunionis, respondeo, id negando. Sufficit enim inobedientia legis diuinæ vel naturalis, quia ibi est cõtumacia in facto. Nam ex hoc fundamento pendet vis harum opinionum. Qui enim tenent ꝙ requiritur in obediẽtia ecclesiæ & cõtumacia cõtra præceptũ eius: tenere etiã habent cõsequẽter, ꝙ pro solo peccato præterito excõmunicatio, etiã per Papã valida, ferri nõ potest. Qui aũt tenẽt ꝙ sufficit inobediẽcia legis naturalis vel diuinę (id quod mihi ꝓbabilius est) iã ex cõsequẽti tenere habent, ꝙ sup pc̃õ præterito excõicatio valida infligi potest. Quod latius pertractaui ĩ alio nostro tractatu de ignorãtia. q. 23. Ibi videatur. ¶ Et facit ad prædictam opi. quia aliæ pænę ecclesiasticæ possunt validè infligi pro peccato cõtra ius diuinũ vel naturale tantũ cõmisso: ergo & excõmunicatio. Patet cõsequẽtia à paritate ratiõis. Quia & est pæna ecclesiastica ad puniendũ transgreßionẽ cõtra quodcũq; ius. Nam & prælatus potest sic punire trãsgreßionẽ cõtra ius diuinũ & naturale, sicut & contra ius ecclesiasticũ, etiã si sub cominata excõmunione id non præcipiatur sed simpliciter: vt etiã innuitur in ca. Si episcopus. ca. Propter. el. 2. distin. 18. & in ca. Suprà allegatis. Et facit episcopus Abuleñ. Didacus de Alaba Esquiuel in suo lib. de concilijs par. 1. cap. 8. §. 3.

IN.q.7.conclu.1.fo.61. nota quòd hæc.1. conclusio doctoris habet veritatem, modò generaliter, modò specialiter superior legitimè præcipiat, ꝙ qui scit reuelet veritatem de se & de alio quocunque: quia tunc reuelare tenetur, vt hic benè probat doctor secundum Thom. & ibi Gaietañ. vbi allegatur à doctore. Et ad idem est ipse beat. Thom. 11. quodlibeto, articu.13. Palude in.4. dist.19. Gerson alpha.34. Q. Adri.11.quodlibet.in respõsione ad 2.& .4.arg.principale, Siluester.tit.Correctio.q.8.q.9. & cõfessio delicti.q.2.titu. Accusatio.q.13. & latius titu. Inquisitio.1.q.3. q. 4.&c. Et titu. Testis & sum. Ange. eisdem titu. & communiter doctores. ¶ Et prædicta conclusio in foro conscientiæ est vera non solùm quando agitur ad emendam criminis & præcauẽdum damnum tertij, & ad pœnam spiritualem tãtùm, quod omnes concedunt: sed & quando agitur ad pœnam temporalem vel corporalem. Quia eadem ratio militat in omnibus quo ad forũ conscientiæ: quàmuis siluester titu. Confessio delicti. q. 1. & ibidem sum. Ange. secundum alios doctores dicant, quòd hoc non habet locum, quando agitur ad pœnam corporalem imponendam. Sed fortè loquuntur in solo foro contentioso: sicut & bea. Tho.2.2.q.69.art.2.ad.1. innuere videtur.

Quæstio Septima.

¶ Ea.q.7.concl.3.fo.63. vbi doctor ex Gaieta. optimè dicit, quòd vt subditus teneatur respondere veritatem contra se & contra alium, oportet ꝙ ei constet aut constare debeat iudicem ex omni parte legitimè procedere: vt sic sciat se in tali articulo constitutũ, quo veritatem respondere teneatur. &c. ¶ Ideò nota quòd si alio modo interrogatur quis, cũ ipso iure & de facto reus se vel alium reputet occultũ, & prædicta indicia non sint iuris sed facti: iam inuincibilis ignorantia facti excusabit eum in foro conscientiæ: nisi iudex (vt dictum est) manifestet. ¶ Ex dictis ibidem sequitur, quòd in casu quo crimen meum est occultum, vel etiam crimẽ alterius, quàmuis sit probabile per duos vel tres, quibꝰ id notũ est, interim tamen manet occultum inter eos, neque iudicialiter probatum est, neque de eo est semiplena probatio aut indicia, neque est in præiudicium tertij, neq; reipu. pendens adhuc in futurum, sed iam omnino præteritum est in tali casu si iudex vel accusator alius calumnietur, accusando vel inquirendo

de eo crimine, certè non teneor dicere veritatem: sed possum & debeo tacere, aut aliàs debitè sine mendacio per verba equiuoca subterfugere: vt in tertio membro. q.1.&.3. habetur: etiam si sim conuictus per testes à casu vel calumniosè, & non ex scientia seu ex opinione sua legitimè dicentes seu testificantes veritatẽ. Quia talis superior & accusator nõ procedunt iuridicè & legitimè, tam ex parte sua quàm accusantis, & testium & iudicij ipsius. Nam ad iuridicè procedendum: oportet quòd ex omni parte secundum ius procedatur. Si autem in legitimum testem iuridicè ego vocatus essem: tunc in dicto casu ad præceptum superioris tenerer veritatem cõtra alium reuelare. Et in his concordant cum doctore Gaieta. (vt ibi allegatur) & Siluest. titu. Accusatio. q.13.ex.6. Tho.2.2.q.69.arti.j.&in.5. quodlibet.q.8.art.2. & in sua Aurea Rosa super Euangelia feria tertia post tertiam domini. in.xl. vbi & dicit ipse Siluester, ꝙ secũdum suprà dicta est intelligendus.b.Tho.in.4.dist.19.q.2.art.3.q.1.ad.5. licèt non satis se ibidem explicauerit. ¶Et si cõtra hæc arguatur, ꝙ tenemur in omnibus aliàs licitis obedire superiori in pertinentibus ad suum officiũ: sed sine præcepto possem licitè reuelare prælato aut superiori tale crimen occultum meum vel alterius probabile ad vtilitatem publicam: ergo & ad præceptum eius. ¶Respondeo, negatur conseq. Quia peccata occulta non pertinent ad ius suæ superioritatis: saltem in foro iudiciali de quo loquimur: licèt possem talia occulta mea peccata ei licitè reuelare: non tamen teneor, vt suprà notatum est. fo.144. in q.6. conclu.3. Item negatur minor. Quia peccata proximi occulta nõ possum ei vel alteri licitè reuelare sine iusta causa, etiam si sint probabilia & secũdum ius, vt patet ex suprà dictis: in toto membro.2.& membro.4.q.2.q.3. q̃uis Siluester tit. Denunciatio.q.4. videatur dicere, ꝙ teneor ad præceptum superioris reuelare ea quæ aliàs licitè sine eius præcepto ei reuelare possum: quod est limitandum, si talia pertinent ad ius superioritatis suę, aliàs non, vt dictum est. Ius autem suæ superioritatis non se extendit nisi ad probabilia, secundum ius reuelanda, & non aliter nec ad alia, vt etiam doctor de his latius agit in. 3. membro quæstio.1. Ibi videatur.

¶Ea. quæst.7. post dubium.8. fo.66. potest etiam 9. dubitari ad quid teneatur testis falsus inculpabiliter. Is.s. qui præmissa debita diligencia & examinatione falsum testatus est contra alium, de-

ceptus,

ceptus à sua memoria vel aliunde, sine culpa sua: & propter tale testimonium alius condemnatus vel condẽnandus est. Respondeo secundum Gaieta.2.2.q.70.art.4.quòd ex quo talis testis nõ tenetur restituere aut resarcire damnum ratione rei acceptæ seu habitæ, vt patet, quia vt supponitur nõ est testis in causa ꝓpria, neque ratione actionis iniustę: quia non perfectę & formaliter iniustum testimonium tulit, sed materialiter tantùm: neq; ex ignorantia aut inaduertentia culpabili, vt supponitur, Ergo sicut excusatur à culpa in falso iuramento: ita & ab offensa proximi in nocumento inde secuto. Si tamen talis testis sine suo notabili nocumento prodesse potest, explicãdo suum defectum & veritatem: vtiq; tenetur ad id, ne ex hac taciturnitate nocumentum per accidens incipiat iam transire in nocumẽtum per se. Et licèt secundum iura testis non admittatur ad mutationem testimonij, nisi in continenti, vt patet de testibus cogen. ca. Præterea. quia tamẽ secũdum glo. & doctores ibidem correctio testimonij post temporis interuallum reddit minus firmum ipsum primum testimonium, & ex qualitate personæ aliquando est admittendũ. Quando scilicet, verè creditur ꝙ non fuit subornatus: sed ex conscientia & memoria corrigit actum suum. Ideò debet quilibet in tali casu corrigere obliuionem suam: vt saltem debilitet suum primum dictum falsum, vt sic tam iudex quàm actor magis examinent veritatem, vel temperẽt, vel omnino à prosecutione seu cõdemnatione desistant. Quòd si culpa sua falsum dixit, tunc vltra pœnas iuris, tenetur de omni damno inde secuto, vt etiã de hoc latè agit Siluest. titu. Testis. q. vlt. & titu. Culpa. q. 4.

¶Ea.q.7.cõclu.4.fo.66. Nota ꝙ cum doctore cõcordat expressè Bo. vẽt. In.4. dist.21. Palude. dist. 19. q. vltima & distinctio. 27.q.1.articu.3. & dist.28.q.2.art.5. Gaiet. In quodlib. respon.5. Et Nico. Lyr. super Leuit. et Panorm. in cap. Omnis de pœn. & re. si sic limitetur & intelligatur, vt intelligit illum Sum. Ang. tit. Confessio vltimo. §.22. licèt illius verba aliter sonare videantur. & licèt Siluest. aliter intelligens ipsam Sum. Aange. mordeat in titu. Testis. q.8. tamen ibidem & titu. Confessio.3.q. vlti. expressè cum suprà dictis concordat & communiter doctores. Faciunt etiam ea quæ suprà. q.4. conclu.2. habentur.

Membri tertij
Annotationes.

Quæstio Prima.

IN membro tertio.q.1.conclu.4.fo.*69*.vbi doctor tenet quòd præceptũ superioris iniustum, similiter & eius excommunicatio propter hoc inflicta contra non reuelantes non ligat in foro Dei, & cum hac eius opi. cõcordant Gerson alpha.15.L.M.alphab.3. Y.33.litera.Z. cõsideratiõe.5.&.7. & Durã. in.4.dist.18.q.4.Palu.ibidẽ,& Gaieta.2.2.q.70.art.4.&.q.43.arti.5.Driendon de libertate Christiana.lib.2.& cõmuniter summistæ. Licèt siluester.tit. Correctio.q.9.& titu. Excommunicatio.2.notabili.2.q.8.& alibi aliter dicat quo ad excommunionẽ vt benè hic doctor illum confutat. ¶ Vbi etiam nota quòd si non constat manifestè de tali iniquitate aut errore sententiæ, aut quia infligitur proculpa non quidem vera, sed solùm probabiliter præsumpta, aut iuridicè tantùm probata in foro exteriori, (vt sæpe contingit contra clandestinè coniugatum cum prima: quia excommunicatur si non manet cum secunda, cum qua in facie Ecclesie contraxit) nam talis licèt non debeat obedire mandato standi cum secunda: ligatur tamen illa excõmunione solùm in facie Ecclesię. Quia in tali foro iustè ex causa, id est, ex culpa probabiliter præsumpta inflicta est: licèt illi aut etiam alijs in priuato constet de iniustitia sententiæ seu de veritate rei. Quia talis sententia per accidens est iusta, & ligat in foro ecclesiæ tãtùm, quousq; iuridicè illius innocentia aut sententiæ iniustitia probetur: idq; notoriè constet, vt dictum est. Nam non ad quemlibet sed ad publicam potestatem spectat iustitiam vel iniustitiam determinare, dum id aliàs communiter non constat in casu prædicto. Et tũc habet locũ illud Grego. Sẽtẽtia pastoris siue iusta, siue iniusta timenda est.11.q.3.sentẽtia. Quia scilicet in foro Ecclesię talis sentẽtia valet, & seruanda est, vt diximus, & habetur in ca. Pastoralis. de officio delega. Et fortè Siluester vbi suprà sic sentire voluit. Et si quæratur quomodo talis sententia solùm in foro Ecclesiæ ligans seruanda est? Respondeo, primò quia non potest subditus illam vel iudicem contemnere, dicendo se de eis nihil curare

rare

rare:aut non appellando,nec absolutionem ad cautelam procurando,cum facilè possit,maximè sic nominatim excommunicatus. Secundò,quia sic nominatim excommunicatus tenetur in publico eam seruare,abstinendo à diuinis, & alijs eius modi, vt excommunicatus, idq; propter scandalum. In occulto autem, vbi nullum imminet scandalum,aut in loco vbi nescitur quòd est excommunicatus,aut coram ijs quibus veritas manifestè constat, quòdque in eo non est illa causa aut culpa pro qua excommunicatur:potest se habere ac si non esset excommunicatus: sicut & verè coram Deo excommunicatus non est. Similiter qui illum talem nouerunt, possunt cum eo secretè tanquàm cum non excommunicato se habere,communicando in diuinis & in alijs.Imò & addit Siluester titu. Excommunicatio. 2. notabili.1. casu.15.secundum Palud.& communiter doctores: quòd quando sapientibus notum est sententiam esse nullam, aut iniustam: quia scilicèt sciunt nullam omnino esse culpam veram, neq; legitimè probatam in iudicio, licèt vulgus id ignoret, tunc dicitur sententia manifestè continere intolerabilem errorem vel iniquitatem.Nam in his attendendum est commune iudicium sapientum:quia secundum Arist.probabile dicitur,quod pluribus bonis & sapientibus apparet.

¶In.q.2.cõclu.1.fo.73.ꝙ scilicet in redubia vbi nullũ est periculũ obediendũ est prælato,vt ibi benè probat doctor:est etiã alia ratio ad idẽ.Quia scilicèt propter dubiũ subditi prælatus nõ perdit suũ ius.Sed si subditus nõ dubitaret: vtiq; teneretur obedire, ergo & quãdo dubitat ad idẽ tenetur: formareq; rectã aut bonã cõsciẽtiã ad sic obediẽdũ.Et hoc est verũ nisi prælat⁹ sit rationabiliter suspect⁹ de tyranide,ignorãtia,malicia & huiusmodi, vel nisi sit in graue præiudicium tertij, aut sui ipsius subditi, vt ibi optimè doctor dicit.Secũdò nota ibidẽ ad casum de dubitãte de seruitute vxoris secũdũ.c.Si qs ingenu⁹.29.q.2.vbi ait doctor secũdũ Tho. ꝙ ad præceptũ Ecclesiæ nõ tenetur illi vxori petenti reddere debitũ:qa sibi prçiudicaret vel fornicaretur,no. ꝙ id nõ est omnino certũ.Nã licèt sic opinẽtur etiã Bo.vẽt.in.4.dist.36. & Adri.in.2.quodlibeto & plurimi alij doctores insignes vtriusq; iuris,tamen alia est aliorum plurimorum doctorum opinio in oppositũ,quã tenet glos.in c.Proposuitde cõiugio seruorũ.Et in ca.Cuius rei causa.29.q.2.& Hostieñ.cum alijs tenentibus quòd

Quæstio Secunda.

in

in casu quo dubitat vir de seruitute vxoris, quam liberam credebat, tenetur ei exigenti reddere debitum ad mãdatum Ecclesiæ, neq; in hoc sibi præiudicat: neque fornicatur ex illo adhuc inualido suo affectu maritali præcedente, licèt nunc dubio illam cognoscens formata bona conscientia de hoc: vt in alijs casibus dubijs fieri solet, & debet ad præceptum superioris secundum cap. Inquisitionis. de sentent. excommu. & ca. Dominus. de secund. nupt. sine mandato autem Ecclesiæ spontè eam cognoscens sibi prçiudicaret aut fornicaretur, quã opinionẽ ego credo ꝓbabiliorẽ, vt lati⁹ de hoc egi in alio tractatu de cõscientia. q. 6. ꝓpositione tertia, ibi videatur. Suprà dictũ autẽ ca. Si quis in genuus. non facit contra hanc opi. nec est ad propositũ, quia solùm loquitur in casu quo quis iam certò scit esse aut fuisse seruam quam duxit, putans esse liberam: nos autem loquimur in casu, quo adhuc dubitat illam esse seruam.

¶Ea. q. 2. concl. 2. fo. 73. vbi in prima eius probatione doctor exẽplificans, de dubitante an teneatur officiosè mentiri pro saluanda vita hominis, dicit & benè, quòd si non potest deponere dubium, tenetur mentiri. Quòd si arguatur quòd mendacium est intrinsecè malum, neque à sua malitia denudari potest: & per cõsequens non tenetur, neque licèt in dicto casu mentiri. ¶Respondeo id solùm est verum simpliciter, non autem quãdo per ignorantiam inuincibilem iuris aut facti excusatur. Nam cum non sit per se notum, neque de vniuersalissimis principijs iuris naturalis aut diuini, ꝙ sit vel non sit mẽtiẽdũ in casu dubij, iã potest aliquãdo apud aliquem ignorantia inuincibilis dari excusans à malitia & à peccato mendacij: sicut & in furto, & homicidio, seu fornicatione pro aliquo tempore, apud aliquem, in aliquo casu talis ignorantia dari potest, vt de hoc latius egi in tractatu, de ignorantia. q. 4. ibi videatur.

¶Ea. q. 2. in responsione ad secundum argumentum principale, fo. 76. vbi doctor ait quòd maius peccatum est fraudare coniugẽ debito coniugali quàm fornicari, contra hoc videtur quòd ex genere suo sit oppositum dicendum. Tum primò quia fornicari est indispensabilius, stante lege, cum in nullo casu liceat accedere ad alienam, seu ad non suam scienter: in multis autem casibus liceat non reddere debitum coniugi petenti, putà in infirmitate periculosa, & huiusmodi (vt patet) sicut in alijs debitis realibus, &

pro

personalibus contingit in materia iustitiæ. Tum secundò, quia pro quocunq; discrimine vitando, etiam pro saluanda vita, non est fornicandum: benè autem licet negare debitum tunc (vt patet) ergo. Sed ad hoc fortè valeret responsio pro doctore: quòd licèt fornicatio sit grauius peccatum, quàm aliqua negatio debiti cõiugalis ad tẽpus: non tamẽ q̃ totalis & perpetua negatio debiti prædicti, quia est contra bonum matrimonij directius quàm fornicatio. Sicq; ex genere suo negatio debiti est peior quã fornicatio (vt ait doctor) absolutè & propriè loquendo. Sed quicquid sit de hoc: potest illa alia ratio, quam doctor innuit ibidẽ, valere pro respõsione ad. 2. arg. quia scilicet vir est in possessiõe certa, simul & inde nullum aliud imminet periculum aut præiudicium tertij. In tali autem dubio inter prædicta duo peccata rectè præeligitur fornicatio dubia pro vitanda iniustitia certa contra virũ, qui est in sua certa possessione: quia talis certitudo iniustitiæ præpõderat fornicationi dubię, vt videtur innui in ca. Dominus. de secũ. nup. & ca. Inquisitioni. de sen. exco. Et ex hac responsione solùm sequitur quòd prælatus potest præcipere, & subditus ei tenetur obedire in dubio absolutè: quando scilicet inde non imminet præiudicium tertij, vt dictum est.

Quæstio tertia.

¶In. q. 3. conclu. 4. dubio. 2. fo. 82. in eius fine vbi tyranus vrgeret sacerdotem, quòd diceret an Petrus illi confessus occidit Ioãnem, nec esset contentus illa responsione nescio: doctor contra Adrianum dicit quòd sacerdos non potest licitè respondere, Petrus non occidit illum. Quia nullus potest sub intelligi modus quo talia verba excusentur à mendacio. Quia non valet interpretatio, non occidit, vt dicam: exquo facta non habent ordinem immediatum ad dicere: sicut scire & alia verba sensationum. Hæc ille. Sed fortè pro Adriani opinione potest responderi ad rationem doctoris præfatam, quòd ibi intelligitur restrictio excusans à mendacio, sic scilicet, Petrus non occidit Ioannẽ, supple, quantum ego scio ad dicendum vel reuelandum. Quia & in tali materia sic à iure & à communi hominum acceptione, sic dicta verba confessoris accipiuntur, sicut quãdo dicit, nescio. Et hoc modo illud factum habet ordinem, non quidem immediatum, sed mediatum ad hoc quod est dicere: mediante scilicet illa restrictione seu verbo scire vel quantum ego scio: quod habet ordinem suum immediatum ad verba, seu ad hoc quod est dice

Prima opinio.

Secunda opinio.

re. Et hoc maximè habet verum in hac materia priuilegiata ad celandum sigillum sacramentale. Cum aliquando etiam homines in communi locutione, aut in casibus particularibus similiter loquantur, dicentes. In domo mea nil tale factum est, scilicet quod aut quantum ego sciam, & huiusmodi. Igitur id eodē modo potest sub intelligi in fauorem sigilli sacramentalis: maximè quia sic homines id dictum esse intelligunt. Vel dic quòd sub intelligitur, non occidit, scilicet ita vt debeā dicere, vt in annotatione sequenti habetur.

¶ Ea. q. 3. conclu. 5. fo. 83. vbi cōtra Adrianū dicētem cōmuniter doctores omnes sic cū eo sentire: ꝙ scilicet reus iniustè adiuratus de crimine quod iure occultum est, nec se prodere tenetur: potest respondere ꝙ nihil de illo facto nouit vel certè ꝙ non fecit: sicut & sacerdos productus in testem dicere potest: doctor dicit se nescire qui sint omnes doctores illi, fateor in quit me nullum legisse. Nota ꝙ sic explicitè in propria forma id non dicunt doctores: sed à simili seu à paritate rationis ex eis idem videtur elici posse, vt ait Gerson. alphab. 34. P. & expressè idem cum Adriano dicit clarisśimus doctor Medina de confeśsionis sigillo agēs, quia intelligitur, ꝙ nihil scit quòd scilicet ad suum forum pertineat, aut quod dicere debeat: quia & sic verè respondet ad mentem interrogantis, quam de iure habere debet, vt patet ex capit. Qualiter & quando de accusa. Et quidem auctoritatē hanc expressam prædicti magistri mei ego magni facio, vt probabilem credam hanc opinionem Adriani. ¶ Item ibidem paulò inferius doctor contra Adri. dicit non excusari à mēdacio si dicatur, ego non feci: sub intelligendo, vt dicam. Id certè videtur probabile: sed fortè & probabiliter potest iustificari: sub intelligēdo, vt debeam dicere, vt suprà dictum est secundum doctorem Medinā. Maximè quia & in similibus casibus dum præter ius quis cogitur, prædicta verba cōmuniter sic accipiūtur, vt reus posśit effugere cautè contra tyrānidem & iniustitiam hominis vrgentis. Sed opinio doctoris tutior videtur. De iuramento autem calumniæ quomodo intelligatur suprà membro. 2. q. 7. concl. 3. fo. 63. apud doctorem videatur.

¶ Ea. q. 3. conclu. 5. fo. 83. nota pro omnibus ibi cōtentis & in tota quæstione, quod in casu quo quis sine vllo mendacio per verba equiuoca licitè respōderet sine mendacio: tūc etiā coactus iu-

rare

rare potest sine vllo peccato: aliàs non, vt benè ait Gaieta. 2.2.q. 89.art.7.ad.4. Notanter dico si quis coactus iniustè iuraret: nam si non sic coactus sed sponte iuraret: non liceret per tales equiuocationes decipere alium mediante iuramento, interponendo illud his duplicitatibus & fraudibus, etiam si talia verba equiuoca sint vera in aliquo sensu, contra intentionem eius cui iuratur. Ideò ait Siluester titu. Iuramentum. 3.q.2. quòd malè fit ab aliquibus tempore pestis ad portas ciuitatis sic equiuocè iurantibus, vt ingredi permittantur. ¶Nota etiam ex doctore in hac quæstio. & Gaieta. vbi suprà quòd vt verba equiuoca à mendacio excusentur, oportet quòd sint vera in aliquo sensu secūdū ius, aut cōsuetudinem in tali materia seu casu communiter recepto: licèt aliàs etiam communiter aliter accipiantur. Ideò in suprà dictis casibus in quibus dictum est licere dicere nescio. &c, habēt suos sensus veros secundum ius & vsum in tali materia, vt dictum est. In alijs autem in quibus dubitatum est id licere: dubium etiā est de tali sensu vero in tali materia aut casu, secundum ius aut vsum hominum. Nam sicut vsus ita & ius potest verba interpretari, licèt alius aliter verba accipiat. Et ex his patet responsio ad primum argumentum principale, vt ibi doctor breuiter tangit. fo.84. ¶Patet etiam ex dictis: quòd cum Deus possit verba facta, & res imponere ad significandum quod vult, multò magis quā ius humanum: iam sine falsitate & mendacio potest de potentia sua absoluta hoc modo aliquem iustè decipere (vt aliqui opinantur) sicut & per verba equiuoca in casibꝰ suprà dictis nos iniustè coacti aut ex rationabili causa licitè possumus interrogati alium decipere, vt dictum est, de quo tamen alibi latius.

¶In quæstio. 4. conclusio. 1. fo.86. vbi doctor probat supposito præcepto diuino de sacramento cōfessionis eiusque necessitate, necessarium quoq; esse sigillum sacramentale, nota quòd clarissimus doctor Medina magister meus de cōfessione optimè probat hoc sigillum sacramentale esse iure diuino & naturali necessarium, supposito etiam quòd sacramentum confessionis institutum à Christo non fuisset sub præcepto, sed solùm vt vtile & de consilio, quia scilicet huius sacramenti vtilitas periret ablata obligatione secreti eius sacramentalis: quia homines ab eo sacramento retraherentur.

Quæstio quarta.

¶Ea.

¶Ea.q.4.conclu. 2. fo.88 in.1. confirmatione primæ probationis vbi doctor ait: Imò fortè confeſsio illa (ſcilicet incõtriti ſcienter confitentis) ſatiſfaceret præcepto Eccleſiæ, vt latius diſputauimus ſuper quartum, nota quòd doctor prudenter dixit fortè. Sciebat enim in hoc eſſe opiniões doctorum. Et licèt Thomiſtæ teneant id quod ipſe ibi tangit, tamẽ alij doctores cõmuniter tenent oppoſitum & Clariſsimus doctor Medina de confeſsione.

¶Ea.q.4.conclu.3.fo.89.vbi doctor dicit exemplificando quòd puella quæ fecit ſtuprum cum patre, non ſatis confitetur ſe feciſſe ſtuprum, niſi exprimat cum patre: nota quòd hanc ſententiam ego ſemper veriſsimã cenſui: licèt ſum. Ange.tit. Confeſsio.1.§.4.dicat & malè (vt mihi videtur) quòd ſufficit dicere peccaui cum quodam in primo gradu: maximè ſi habeat multos fratres: quãuis de filio peccante cum matre id dicat ſum. Ange. tamen idem eſt iudicium de vtroq;. Et concordat b.Tho.in.4.diſt.16. q.3.& Duran.ibidem.q.4.vt doctor refert fo.94.

¶Ea.q.4.conclu.5.dubio.1.in regula ibi poſita.fo.92.nota quòd non obſtañ.illa regula doctoris, poteſt ad omnes ferè caſus illius materiæ plenius decidẽdos triplex regula ſignari. ¶Prima regula quando alij ab ipſo pœnitente probabiliter creduntur, quòd de facto ſuſpicabuntur, quòd non niſi propter peccatum confeſſum confeſſor aut prælatus ſic malè ſe habet extra confeſsionem cum illo pœnitẽte: tunc neceſſariò debet confeſſor cauere à talibus actibus, qui ſunt cauſa prædictæ ſuſpitionis: etiam ſi habeat ius ad id. Ideò & tunc debet dare votum, vt paulò ſuperius ait Adri.contra doctorem & contra b.Tho. Et ſimiliter tunc debet communicare cum excommunicato, & ſolennizare matrimonium, & tenere prælatum in officio, & intrare nemus cum latronibus, etiam cum periculo vitæ (vt contra doctorem & Adri. ait Medina doctor clariſsimus de confeſsione ſecundum Sco. & Richar.) quantuncunq; iſti ſint caſus exquiſiti & rarò contingẽtes. Et ratio hui⁹ regulæ & prędictorum exẽplorum eſt, quia aliàs confeſsio redderetur hominibus odioſa. Et prædicta regula & exempla ſunt vera, excepto quando per facta equiuoca ex cauſa rationabili aut pro vitando aliquo malo, poſſet ſacerdos ita ius ſuum proſequi, quòd alij rationabiliter ſuſpicari non poſſent, ꝙ propter peccatum confeſſum ſic fit: tunc enim benè poſſet per

talia

facta equiuoca prosequi suum ius. Et hoc modo intellecta & limitata regula doctoris verissima est: & similiter exempla eius & beat. Tho. de negante votum, & Adriani de intrante nemus cum latronibus. &c. ¶Secunda regula est quòd confessor propter audita in confessione non potest taliter se habere cum pœnitente, quòd extra confessionem etiam in occulto confusionem ei vel iniuriam faciat: putà vitando in occulto illum occultè excommunicatum: aut ei soli opprobrando peccatum confessum: aut loquendo de illo cum ipso nisi de eius consensu. Ratio horum est, quia ex hoc confessio redderetur odiosa: licèt propter hoc non reueletur. Et in hoc expressè concordat prædictus Medina vbi suprà, contra Palude & Adrianum. ¶Tertia regula si sit sola suspicio pœnitentis quòd propter peccatum cõfessum sic agitur cum eo: ita quòd non est vlla suspicio aliorum, neque confusio aut iniuria ipsius pœnitentis, tunc hac suspicione non obstante potest confessor ius suum prosequi, præcipuè ex causa rationabili, vel vt præcaueat damnum suum vel alterius: sicque tũc potest illum inhabilem ab officio amouere, si tali modo amouibilis est secundum statuta aut consuetudinem: & potest ei negare votum. &c. huiusmodi. Hanc regulam ego similiter limitarẽ, vt primam: quãdo scilicet, per facta equiuoca ex rationabili causa posset sacerdos ius suum prosequi: & non aliter. Et ratio est quia aliàs redderetur odiosa confessio, sicut in. 1. & . 2. regula probatum est. Quia eadem ratio currit in omnibus his. Et vbi eadem ratio, ibi & idem ius est: maximè quando non ex sola voluntate statuentis sed ex recta ratione tale ius pendet.

¶Ea. quæst. 4. conclusi. 5. dubio. 2 fo. 94. vbi doctor dicit se nolle mutare sententiam ab opinione communi: quòd scilicet, potius debet tacere quis peccatum suum, ne reuelet peccatum sibi confessum: & tunc censetur non habere copiam idonei confessoris. Sed addit quòd rationes quæ pro hac opi. seu sententia cõmuni communiter adducuntur, non videntur eam satis probare: vt patet. Primò quia sigilli sacramentalis præceptum non est fortius quàm confessionis. Quia cum vtrumq; sit diuinum: & celatio sigilli sit propter necessitatem confessionis, ergo maius videtur præceptum confessionis quàm sigilli, quia propter vnũ quodq; tale. &c. Secundò quia reuelare in cõfessione crimẽ alte-

rius, non est illum diffamare: alioqui non liceret nominare personam ad exprimendam circunstantiam necessariam peccati mortalis. Tertiò quia reuelare peccatum confessum in confessione non est reuelare confessionem: ex quo id dicitur sacerdoti tanquàm Deo, cui nihil secretum est. Igitur ratio sufficiens pro opini. communi est (vt. 4. ait doctor) quia reuelare confessionem est intrinsecè malum sicut mentiri, quod nulla causa licet. Hæc ille. ¶ Sed mihi (saluo meliori iudicio) sufficientes videntur rationes prædictæ: quæ solent adduci pro opini. communi. Et præcipuè quia potissima causa celandi confessionem secundum Richar. & alios est: ne vtilitas huius sacramenti pereat: si fiat hominibus odiosa, aut si homines ab hoc salubri sacramento retrahantur. Retraherentur autem si vllo modo ex vlla causa licita esset confessionis reuelatio, ergo non solùm iure positiuo, diuino & humano, sed & iure naturali est necessarium sigillum sacramētale. Iure (inquam) naturali nō absolutè, sed ex præsuppositione: quia scilicet præsupposita institutione Christi de hoc sacramento salutari, etiam si non esset de præcepto, sed de consilio tantùm: iam ratio naturalis seu ius naturale dictat de præcepto non esse reuelandum. Quia aliàs eius sacramenti vtilitas periret, vt suprà notatum est conclusio. 1. ex clarissimo doctore Medina magistro meo de confessione. Et in hoc stat vis huius probationis. Quia sicut multa nuda secreta liberè committuntur alicui: multaque vota & promissiones Deo & hominibus liberè & de consilio fiunt: quorum tamen omnium obseruatio est iure naturali obligatoria & necessaria. Sic in proposito: etiam quando confessio supererogatoriè fit: eius sigillum sacramentale de iure diuino & naturali necessarium est. Ideò maius est præceptum sigilli sacramentalis quàm confessionis, vt ait opinio communis. Et ad id propter vnum quodque tale. &c. respondeo quòd intelligitur quando aliquid est præcisè tale propter aliud esse tale. Quòd tamen in præsenti est falsum. Nam licèt sigillum sacramentale sit propter confessionem: non tamen est necessarium solum: quia ipsa confessio est necessaria, aut quia est necessaria de iure diuino: sed est necessarium etiam si confessionis sacramentū esset à Christo vt vtile & de consilio institutum: ne tam vtile sacramentum

pereat

pereat (vt dictum est) & ergo de iure naturali sigillum hoc necessarium est. ¶ Ad secundum respondeo. Si in confessione reuelare crimen alterius non esset illum aliquomodo diffamare: iam sine vlla causa liceret ibi crimina aliorum reuelare (quod absit) vt etiam dicunt communiter doctores id non licere: quia est illos diffamare: ergo ibi falsum assumitur. Ex causa autem rationabili scilicet pro vitando damno meo & proximo spirituali sicut & corporali, licitum est, & sæpe necessarium (vt in confessione contingit, dummodo confessio non ibi reueletur) minus bonum famæ aliqualiter lædere, vt doctor etiam suprà membro. 2. quæstio. 4. latè prosequitur. ¶ Ad tertium si in confessione reuelare peccata confessa non esset reuelare confessionem: iam sine vlla causa id licitum esset, quod etiam absit, quia & communiter doctores tenent oppositum. Et licèt Deus omnia sciat: non potest negari quin confessor etiam vt homo id aliquo modo sciat, vt doctor ex Scoto suprà. quæstio. 3. conclusio. 2. fo. 78. probat. Ad vltimam rationem doctoris quæ sibi magis placet: quia scilicet reuelare confessionem est intrinsecè malum, certè non videtur quare id sit magis intrinsecè malum quàm reuelare alia secreta: quæ tamen ex causa licet, & debitum est aliquando reuelare: nisi quia vtilitas sacramenti confessionis vtique periret, si eam aliquo casu liceret reuelare, vt suprà dictum est. Igitur opinioni communi eiusq; rationibus vt pote sufficientibus standum est.

¶ Ea quæstio. 4. conclusio. *6*. fo. *96*. vbi doctor ex Aulo Gellio refert præclarum Papyrij commentum ad secretum reipu. celandum, nota quòd res ita se habuit. Nam Papyrius puer matri suæ improbè sciscitanti quid in senatu ageretur: vt euaderet, respondit: in senatu agi inter patres vt pro sobole amplianda liceret viro duas simul vxores habere. Quod illa audiens, ecce anxia continuò matronas Romanas de hoc certiores facit: simul atque solicitat vt ad senatum deferant iniquè agi cum illis: si non eandem legem instituant,

vt ipsis quoq; mulieribus liceat duos simul viros habere. Quod patres audientes cognitoq; id ex Papyrij fido commẽto processisse: maximis ipsum præconijs extulerunt.

¶Ea quæst. 4. conclusio. 10. fo. 97. vbi doctor optimè probat, quòd non tenetur quis mortem aut magna tormẽta pati, ne proprium crimen reuelet, vide etiam de hoc latius in. 4. membro. q. 3. conclusio. 14. dubio. 2.

FINIS.

Incipit tabula reſolutiua ſententiarum & concluſionum contentarum in tractatibus præcedẽtibus, ædita per eundem fratrẽ Antonium Cordubeñ. Minoritam.

¶ *Membro primo. q. 1. Quid ſit ſecretum, & cuius virtutis.* *fo. 2.*

SEcretũ quid & quotuplex ſit, & de multiplici gradu eius. fo. 2. &. fo. 3. 8. 15. 16. *Quæſtio prima.*

Fides dupliciter capitur, ſcilicet Theologicè & moraliter. fo. 3.

Debitum duplex ſcilicet legale & morale ſeu honeſtatis. fo. 3.

Seruare ſecretum alienum, eſt officium fidei moralis. fo. 3. *Concl. 1.*

Seruare ſecretũ ad quod quis tenetur ex publico officio, aut debito legali, eſt officium fidei moralis, quæ eſt par ſubiectiua & propria ſpecies iuſtitiæ. Sed ſeruare ſecretum ad quod quis ex honeſtate ſolùm naturali obligatur, eſt officium fidei, quæ eſt pars potentialis iuſtitiæ. fo. 4. *Concl. 2.*

Pars potentialis & pars ſubiectiua iuſtitiæ, ſeu alterius virtutis, quid ſit. fo. 3. &. 4.

Seruare ſecretum de re propria nõ eſt propriè officium fidei, ſed continentiæ & charitatis, qua ſe quiſq; diligere & famæ ſuæ conſulere tenetur. fo. 4. *Conclu. 3.*

QVæſt. 2. Vtrũ ſeruare ſecretũ proximi ſit ſub præcepto. fo. 5. *Quæſtio ſecunda.*

Ad fidẽ alieni ſecreti, quod eſt de re proximi, tenemur iure naturali diuino & humano. fo. 5. fo. 8. fo. 96. conclu. 6.

Infamantium proximos pœna. fo. 6. fo. 7. *Concl. 1.*

Præceptum ſeruãdi ſecretum, licèt habeat formam affirmatiui, eſt negatiuum. fo. 7. *Concl. 2.*

Secretum crimen alienum temerè & ſine cauſa reuelare, eſt mortale ex genere ſuo: leuius quidem homicidio & adulterio, ſed *Concl. 3.*

Licitũ

Ordo.

Pater

Dequo

punire

punire pœna legis, sed fraternaliter, vt caueat in futurum. folio. 51.41.

Vicem accusatoris habet sola denuntiatio criminis, quod est in perniciem publicam. Item euidentia facti criminis notorij cuiuscunq;. Item rebellio eius, qui denunciatus fraternaliter non audit Ecclesiam, seu prælatum. Item ad procedēdum via inquisitionis infamia aut indicia habent vicem accusatoris. folio. 51.

Dub.2. Vtrum conclusio prima prædicta sit de iure naturali aut diuino, adeò vt Ecclesia non possit in illa dispensare. Dic quòd non est propriè de iure naturali aut diuino: sed est conformis iuri, & rationi naturali, Ideò potest Ecclesia in illa ex causa dispē sare, quia est propriè iuris humani: sicut & ex causa sæpe dispensatur, & fit oppositum in aliquibus casibus, seu criminibus, de quibus infrà. conclu. 3. habetur. fo. 51. fo. 52.

Dub.3. Quæ nam infamia sufficiat ad procedendum via inquisitionis. Vtrum scilicet, sit destinatus certus numerus testium ad facien dam hanc infamiam. fo. 52. 141.

Fama aut clamorosa insinuatio, quę idem est, est communis opinio voce manifestata ex suspicione proueniens: quæ si sit de malo, dicitur infamia, & non debet procedere à maleuolis & maledicis, sed à prouidis & honestis: non paucis, nō semel tantùm, sed à multis, & sæpe ad arbitriū boni viri: quandò scilicet iam opinio talis dicitur esse communis: ita quòd iam rumor sit sparsus per maiorem partem viciniæ collegij aut communitatis, in qua quis cōmoratur. fo. 52.

Non requiritur ad infamiam quòd omnes sint testes oculati, sed satis est quòd à fide dignis audierint, vel quòd habuerint indicia & coniecturas sufficientes. fo. 52.

Nota. Infamia ex auditu, licèt sufficiat ad inquirendum, non tamen ad puniendum: sed quando non sunt legitimi testes, infamatus tenetur se compurgare. fo. 52.

Nota. Multò maior infamia requiritur ad inquirendum contra prælatos & magistratus, quàm contra personas priuatas: quia prælati sunt positi vt signum ad sagittam, & sæpe incurrunt odiū multorum propter punitiones & huiusmodi. Imò & contra prælatos non est specialiter inquirendum, nisi quando infamia est tanta, vt sine scandalo tolerari non possit. fo. 52.

Semi

veniale

Membrū

Quæstio secunda. Quæstio. 2. Vtrum subditus teneatur obedire prælato interroganti secretum quoties dubitat iure ne an iniuria interrogetur. fo. 72.

Concl. 1. Quando præceptum est de re tuta vbi nullum imminet periculum, aut bono publico, aut tertiæ personæ, in re dubia, vt plurimum obediendum est superiori, nisi fortè sit res nimis molesta vel difficilis. fo. 73. fo. 148.

Nec subditus debet rationem omnium præceptorum exigere, nec prælatus tenetur reddere: maximè vbi id quod præcipitur licitum est. fo. 73.

Quando prælatus sub præcepto interrogat aliquod secretũ, vnde nullum imminet periculum alicui, & dubiũ est, an habeat ius præcipiendi illud, tunc tenetur subditus obedire reuelando, præsertim si reuelatio illius secreti iuuat ad tollendam malam suspicionem prælati. fo. 73.

Concl. 2. Quando prælatus inquirit in quempiam & interrogat sub præcepto id quod ex probabili causa subditus dubitat esse iustũ, non semper tenetur subditus respondere veritatem: sed in eam partem inclinandum est, in qua est minus periculi, aut mali. fo. 73. fo. 63.

In dubio sequenda est pars tuta, si alia non est tuta: quòd si neutra est tuta, illa potius eligatur, vbi minus est periculi aut mali. folio. 73.

In materia morali non censetur illa pars minus dubia, quam plures rationes comprobant, sed illa potius quæ est minus periculosa. Nam minus periculum seu minus malum habetur pro maiori ratione: tametsi quando vtraq; æquè periculosa, illa est eligenda in quam probabiliores rationes propendunt. folio. 73.

Cum quis inuincibiliter dubitat an obligetur mentiri officiosè pro saluanda vita hominis, tenetur potius mentiri, licèt sint plures rationes in oppositum, secus si dubitat an teneatur peierare pro seruanda vita hominis. fo. 73. fo. 148.

Iura fauent reo sicut possessori, & in dubio vbi non est infamia, aut indicia contra eum præsumitur bonus. fo. 74.

Concl. 3. Licèt quis habeat opinionem partis minùs tutæ, & solam formidinem alterius, non semper tenetur sequi opinionẽ, si modo ab illa parte magnum periculum imminet, & formido alteriꝰ apparentem

facere poteſt abſq; eo ꝙ generet vehementem ſuſpicionẽ criminis, quod tamen difficile eſt. fo.79.

Concl. 4. Teſtis aut quicunq; alius præter ius de occulto crimine proximi ſui interrogatur abſolutè, nec ſe poteſt defendere tacendo, reſpõdere poteſt ſe nihil ſcire: idq; verum eſt, niſi oppoſitum manifeſtè omnibus conſtet. fo.79.80.

Dub. 1. Quid ſi iniquus homo cogat teſtem dicere quicquid & quomodocunq; ſcio etiam ſecretum alterius, quantuncunq; reuelari licitè non poſsit vllo modo, an poſsit dicere neſcio, dic quòd problematicum eſt. fo.81.82.

Dub. 2. Quid ſi cogat dicere an audiui in confeſsione ſeu per confeſsionem, vel an Petrus tale quid fecit. Problematicum eſt. Tametſi melius videtur quòd poteſt ſacerdos dicere non vidi, non audiui, neſcio, nec ille tale quid fecit. fo.82.fo.149.

Dubiũ. 3. Quid ſi cogat dicere, an de alio extra confeſsionem vidi, audiui aut tale quid Petrus fecit, quomodocunq;. An poſsim dicere non vidi, non audiui, neq; Petrus tale quid fecit. Problematicum eſt. Tametſi videtur quòd poſſum dicere non vidi, non audiui, ſicut poſſum dicere neſcio: non tamen poſſum dicere licitè Petrus non fecit. fo.82.83.fo.149.

Cõclu. 5. Cum reus ipſe iniuſtè interrogatur de proprio crimine ſecreto, vtrum liceat ei reſpondere ſimpliciter ſe neſcire, aut negare verum crimen dicendo non feci. Problematicum eſt. Tametſi videtur quòd reus poteſt ſimpliciter dicere ſe neſcire, niſi cũ oppoſitum conſtat quòd ſcilicet ſcit aut recordatur de ſuo facto, non tamen poteſt dicere non feci. fo.83.149.

Quomodo Deus ſine falſitate fallere poteſt. fo.150.

Quando licitè quis per verba equiuoca reſpõdet: licitum eſt etiã iurare verba equiuoca vt excuſentur a mendacio oportet eſſe vera in aliquo ſenſu iure aut vſu recepto. fo.149.83.

Concl. 6. Mendacium quo quis iniuſtè in iudicio & extra interrogatus negat proprium crimen, non eſt pernicioſum, ſed officioſum, ideò non eſt mortale niſi fiat cum iuramento. fo.83.

Concl. 7. Si verba non occurrunt quibus per equiuocationem vſu hominum receptam, citra mendacium licitè quis proprium crimẽ vel alterius celare poſsit, mori potius debet quàm mentiri, licebit tamen id aliquando reuelare. fo.84.

Quibus amphibologijs poteſt homo iniuſtè coactꝰ ſe à mẽdacio tueri.

peccatum committendum & huiusmodi non cadit sub sigillo sacramentali, quo ad id, respectu cuius non est vera confessio, licèt sit vera confessio cadens sub sigillo, quo ad alia, & sic habet veritatem versus. Est hæresis crimen, quod nec confessio celat. Quando scilicet fit confessio ficta hæresis ad inducendum sacerdotem in eam hæresim. fo.88.

Vtrum sacerdos qui in confessione vera nouit peccatum futurum verè confessum illi, quod tamen est in perniciem reipub. aut proximi posit admonere, vt caueatur periculum imminens, dic quòd sic, ita duntaxat ne vllo modo in noticiam personæ deueniatur ex sua reuelatione, & cauendo scandalum ne scilicet putetur ex auditis in confessione id monere, sed certè in generali dicendo cauendum esse tali tempore, tali loco, & huiusmodi sine alijs particularitatibus. fo.88.

Conclu.3. Non solùm peccata omnia etiam venialia, verum & qualitates vniuersæ circunstantes, quæ noticiam pœnitẽtis quo quomodo suggerere possunt, directè cõcluduntur sub sigillo sacramẽtali, sub peccato mortali, quomodocunq; in confessione prolata sint, neq; talis reuelatio confessionis deliberatè facta potest esse venialis, etiam si alij non suspicentur me talia audiuisse in confessione. fo.89.90.

Puella à patre stuprata oportet vt in confessione patrem explicet. folio. 89.94.150.

Sacerdos licitè potest in generali dicere peccata quæ nouit in cõfessione, dum modo ex causa rationabili dicat & ita quòd nullo modo in noticiam vel etiam suspicionem personæ posit deueniri, aliàs nõ. Imò etiam si dicat se aliquando ea habuisse in confessione, dũ modo id sine scandalo fiat, non est mortale de se, licèt id fieri non debeat. fo.90.

Cauendũ est ne pasim quo quomodo loquantur sales de confessionibus, aut ne ipsi sacerdotes narrent in colloquijs ea quæ in confessionibus acciderunt eis cum pœnitẽtibus, neq; eos specialiter laudent. fo.90.

Potest confessor dicere quòd Petrus est ei ritè confessus peccata sua, dum modo non nominet vllam speciem peccati, etiam si sint aliàs peccata bublica. Sed non potest dicere non absolui illum, sed potest dicere feci officium meum vel quod debui & huiusmodi. fo.90.

Licèt

excommunicatum ex violenta clerici percussione & huiusmodi, teneatur posteà illum in secreto vitare, dic quòd non. folio. 94.

Dub. 4. Vtrum de licentia pœnitentis liceat sacerdoti confessionem reuelare, dic quòd sic, cum certis cautelis & circunstantijs. folio. 94.

Non licet sacerdoti post confessionem in occulto reuocare pœnitenti ad memoriam peccata eius confessa causa correptionis, instructionis aut quauis alia causa: nisi prius ab eo habeatur consensus, vtrum scilicet, super confessione præterita velit aliquid necessarium, aut expediens ad supplēdum aliquem defectum audire. fo. 95. 142.

Non licet absoluere absentem ignorantem si absoluatur, scientem autem sic. Et quid faciet sacerdos ad emendandum suum errorem confessionis præcedentis. fo. 95.

Dub. 5. Vtrum liceat sacerdoti qui alia etiam via quam per confessionē crimen nouit pœnitentis illud prodere & in forum exteriorē deducere. dic quòd sic, dum modo prpter scandalum ostēdat quomodo extra confessionem illud nouit. fo. 96.

Concl. 6. Qui tenent locum & officium publicum tenentur ex genere rei fidem secreti sæcularis causæ publicæ, si est magni momenti, etiam cum vitæ dispendio, si opus fuerit seruare, vt sunt senatores, consiliarij, scribæ, & huiusmodi, & ad idem etiam tenetur quilibet priuatus ciuis, solùm quando reuelatio secreti vergit in malum reipu. suæ. fo. 96

Concl. 7. Qui per iniuriā hominis secretum expressit tenetur illud, si res magni momenti sit, aut in notabile famę hominis detrimentum, maximè si talis fama personę sit valde magna & præciosa, etiam cum mortis discrimine contegere. fo. 96.

Concl. 8. Secretum quod citra iniuriam hominis data fide quis custodiēdum quomodocunq; suscepit, non tenetur seruare cum dispēdio vitæ aut alia grandi iactura honoris aliorumúe bonorum temporalium. fo 97.

Concl. 9. Quando quis casu nouit secretum alienū, quamuis illud celare tenetur etiam sub peccato mortali, si res est tanti momenti, non tamē tenetur grauia pati, vt illud celet: Licèt consilium etiam sit aliquando mortem pati potius quàm id reuelare. folio. 97.

Nemo

notum.

alterius

ab

suæ

suæ vel rerum, vel amicitiæ illius detractoris, aut ne eius gratiam perdat, aut ne ille ipsi indignetur peccat aliquando mortaliter & sæpius venialiter, idq; si ex prohibitione detractionis sperabat fructum aliquem, aut si dubitans de fructu, certus erat quòd talis prohibitio detractionis nihil esset nocitura, aut si ex leuibus coniecturis perdit spem putans se nihil proficere. At verò omittens ex odio, & vt proximus infametur, peccat mortaliter, & ipsi detrahenti consentire videtur, non tamen incidit excomunicationem latam contra detrahentes, aut infamantes, nisi & ipsa sententia simul contra consentientes vel quomodolibet cum detractore in detractione participantes feratur. fo.120.

Conformari voluntati diuinæ permissiuè quomodo teneamur. folio. 122.

Concl. 3. Quicunq; dat causam detractioni, requirendo, instigando vel signa futuræ gratificationis exhibendo, propter quę detractio est verisimiliter futura, tenetur ad reparationem famæ, quam sic causaliter læsit. Alij autem audientes detractionem, eam non prohibentes non tenentur reparare. fo,123.

Finis.

Compluti excussum, in ædibus Ioannis Brocarij Die. xxviij. Decembris, Anno domini. 1553.

Erata quæ obiter relegendo deprehendimus commissa.

¶Fo.99.facie.1.linea.14.lege ad quod respondeo & præmitto.
¶Fo.107.fac.1.lin.21.lege maior quàm sit.Et facie.2.lin.27.lege Melius est.
¶Fo.113.facie.1.versus illi duo priores superfluunt.
¶Fo.116.fac.2.lin.26.lege diffamato.
¶Fol.118.fac.2.lin.34.lege in.3.parte.
¶Fo.122.fac.2.linea.25.statim post occidi, punctus subijciatur, secus sententiam prorsus inuertit.
¶Fo.136.fac.1.lin.29.lege ꝙ id est iudiciale.
¶Fo.138.fac.2.linea.8.lege ei conueniunt.
¶Fo.139.fac.2.lin.2.lege etiam dici.
¶Fo.152.fac.1.lin.8.lege & proximi.

Cætera si occurrerint,erunt autem paucissima, eruditus lector absq; indice facilius perspicere possit.


ME CER
GITI
TAN
LE
TI
I. B.

CB